

Johann Adam Osiander Johannes Sartorius


Mysterium SS. Trinitatis, Dissertationem Theologicam ...

Tubingae: Characteribus Kernerianis, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788078828>

Druck Freier  Zugang







54.

Fa - 1092 (54.)

1. Tractatus Theolog. de Graveshnacoe D. Holzfur.
2. De Jure Sabbathi. Stryck.
3. De Herba Bonith. Jerem. 22.
- 4.

37
36
64
64
33
31
21
21
46
55
52
16.51
17.56
18.53
19.4





50. 20
69.
68.
67.

MYSTERIUM

SS. TRINITATIS,

DISSERTATIONEM THEOLOGICAM,

DEO Trin-Uno cœlitus assistente,

Sub

RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO,

Serenissimi Celsissimique Principis ac Domini,

DOMINI

LUDOVICI,

Ducis Wûrtembergiæ ac Teccia, Co-
mitis Montisbelgardi, Heidenhemii

Dynastæ, &c.

PRÆSIDE

PRO-RECTORE t. t. MAGNIFICO,

VIRO

Summè Reverendâ Dignitate Amplissimo,

DN. JOHANNE ADAMO OSIANDRO,

SS. Theol. Doct. longè Celeberrimo, ejusdemque in

Illustri EBERHARDINA P.P. clarissimè

Merito,

Præceptore suo omni observantiâ ætatem devenerando;

Publicæ ventilationi submittit

JOHANNES SARTORIUS, Eper. Hung.

Sereniss. Duc. Wûrtemb. Alumn.

Anno Universitati secundum Jubileo,

M. DC. LXXVII.

Ad dies XI & XII Maji.

IN AULA NOVA,

Horis pro more solennibus.

TUBINGÆ, Characteribus Kernerianis.

SERENISSIMO. PRINCIPI.

AC. DOMINO.

DOMINO.

WILHELMO.

LUDOVICO.

DUCI. WIRTEMBERGIÆ.

ET. TECCIÆ. MOMPELGARDIÆ.

COMITI. HEIDENHEMIL

DYNASTÆ. &c. &c.

PRINCIPI.

PIO. MAGNANIMO. FORTI.

PATRIÆ. PATRI.

DOMINO. AC. NUTRITIO. SUO.

CLEMENTISSIMO. MUNIFICENTISSIMO.

FELICITATEM!

69.
68.

SI, quod in transcurso versantibus obrepit,
perfunctoriâ duntaxat pietate, Tuam, **SERENISSIME PRINCEPS,**
WILHELME LUDOVICE, venerarer
Clementiam; nec, quæ munia clientes decent,
solicitiùs mecum exigere, sub verecundia non
minùs, quàm ignominioso pudore vapularem.
Nunc, cum Isti palam lito, ignosces tam teme-
raria pietati, & vel sponte in Tua Merita pec-
canti. Dabat scilicet animos Celsissima Indoles
Tua, & hæc, quòd scirem, in miseros prona: Cui si
MAGNI PARENTIS Tui, DIVI EBER-
HARDI, Benignitatem in me collatam addide-
ris, tantò majora subjecti obsequii momenta arbitra-
bere. Enimverò, **PRINCEPS,** non hæc in-
presens institutum redundet invidia, quasi vel Glo-
riosissimo Nomini Tuo condignè velificari, vel
tot Beneficiis abs Te derivatis ex æquo assurgere præ-
sumerem; infamis hæc foret Provincia, cui susti-
nenda nec par odio essem, nec, si omninò adniterer,
possem. Quippe & peremptorium, quod offero, opus
est, & (si loqui pateris) inane obsequium; super quo
pridem jam animo cecidissem, nò subinde labenti, &
Virtus Tua, & quam cum Augusta **WIRTEM-**
BERGICORUM Profapia communem
habet, hoc est, innata Humanitas, imminerent.
Quod

Quod cum ita sit, patere, quaeso, **INDULGEN-**
TISSIME PRINCIPUM, & ad cuius
Nomen memoria haeret, **NUTRITIE MUNI-**
FICENTISSIME, patere solam hanc clientis
Tuo obsequii gloriam; cumve Vultui Tuo ea resi-
deat Modestia; fac, si libet, chartaceum hoc subje-
ctionis pignus Clementer intueri.

Sic precatur

SERENITATI EJUS

Soldatarum lege devinctior
Clientis & Alumnus

Johannes Sartorius, Eperienfis Hungarus.
Autor & Respondens.

3.

IN NOMINE JESU!

De

SACROSANCTO TRINITATIS
MYSTERIO,
Dissertatio Theologica.

I.



Trinitatis vocabulum, si ipsum vocis formale
pectes, in Scriptura ἀρχαίον est. Et hinc prima ca-
villandi seges oborta Hæreticis, Trinitatem passim eli-
minantibus. Arrius in disp. cum Athanas. pag. 373.
Cur, inquit, Apostolica fidei superadjicitur verbum, cuius
nec Prophetæ, nec Apostoli mentionem faciunt? Idem,
primo in Theſibus loco exaggerat è recentioribus, Ni-
colaus Paruta, nusquam in Scriptura κατὰ ῥητὸν tres personas ejusdem es-
sentia dici, contendens. In primis Ostorodus contra Tradeelium part. 2.
c. 1. pag. 87. hic præter rem perspicax est, ne unicum quidem scriptu-
ra locum monstrari posse, scriptitans, ex quo saltem obscure Trinitas possit
deprehendi. Lubrico hi cùm insistant principio, quidni & irrito cona-
tu Orthodoxiam laceſſunt. Lubricum principium est, quo falsò persua-
si, omnem Ecclesiæ ὀνοματοποίησιν derogari debere opinantur, quasi
Ecclesia Articulos fidei in Scripturis propósitos, aliis etiam verbis, quàm
quæ in illis sunt, explicare nequeat, præcipuè si scripturam habeat præ-
euntem, quæ concretum Trinitatis TRES introducens, I. Joh. 5. v. 7.
hoc ipso abstracta quoque sub concretis latentia astruat; adhæc neces-
sitas efflagitet, vi cuius Hæreticos, ὁμοία μὲν λαλέντες, ἀνόμοια ἢ
φρονέντες, ut Irenæus loquitur, abominari satagit. Irritus conatus est,
si quidem quæ tela contra Orthodoxiam evibrant Triadomastyges, fa-
cilitate eadem in eos remittuntur: numquid enim ipsimet Photinia-
ni quibusdam assuescunt scribendi & dicendi formulis, dum scilicet
Christum DEVM esse factum, Eundem bis in cælum ascendisse, docent;
quos loquendi modos, ut sacer codex nec explicite κατὰ ῥητὸν, nec im-
plicitè κατὰ πᾶντα suos agnoscit, ita eosdem propriò conficimus
A 2 gla

21
69.
68.

gladiô, addentes illud Auguft. lib. 7. de Trinit. cap. 4. Est improbitas quædam, fi quis vocabula improbet, quæ non aliud explicant, quàm quod in Scripturis expofitum traditur.

II.

Evidentiâ eatenus vocis impositione legitimâ, quam ceu firmam ratamque, gravi confiliô, juxta fcripturam, primis ftatim N. T. feculis introduxit Ecclefia, fuffragante contra Grotium (autumantem vocabulum Trinitatis non à primis Chriftianis; fed ex Platonicis fcriptoribus, fenfu nonnihil immutatô, defumptum fuiffe,) B. Carpzov. Ifag. in Libr. Symbol. part. I. fect. 3. membr. 2. pag. 78. difpiciendum eft, quid Trinitas inportet, & fi hoc, è quonam principio diftinctâ Articuli hujus doctrina fit evolvenda?

III.

Igitur in primis tenendum, Trinitatis myfterium è fola Scriptura Sacra innotefcere. Liquet id immediatâ exclufione Principii feu Luminis Naturæ, cum Principio feu Lumine Revelationis omnem innoteſcentiæ exhibitivâ modum abfolventis. Ut ergô hoc duntaxat, propter fublinitatem objecti, Intellectum Humanum excedentis, hic loci aſtituit; ita illud, vi defectûs medii cujusdam Trinitatem in Natura diftinctè ponentis, deferitur meritô. *Prius membrum patet*: Quicquid enim aded fugit intellectum humanum, ut eidem nullatenus conftet, niſi vel ſolo Patre, vel Filio, vel S. S. revelante, illud, fi reveletur, è ſola Scriptura S. hauriatur, necceſſum eſt. Atqui Myſterium Trinitatis aded fugit I. H. & c. E. M., eſt in confefſo, & eſſe debet, quia præter Scripturam nullum datur revelationis Principium, per quod fides ſyſtematica & doctrinalis, divinitus præſcripta, hætenus inclaruiſſet. Min. quoad ſingula evincitur, Matth. 16. v. 17. *Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt,* c. II. v. 27. *Nemo novit Filium, niſi Pater, neque Patrem quisquam novit, niſi Filius, & cuſ voluerit Filius revelare,* 1. Cor. 2. v. 11. *Quæ DEI ſunt, nemo cognovit, niſi Spiritus DEI.* *Posterius reſellitur*: Aut enim dogma Trinitatis è libro Naturæ petitum, innoteſcet viâ eminentiæ, aut viâ negationis, aut viâ causalitatis, aut alio modo adhucdum inexplicabili? *non viâ eminentiæ*, ſiquidem (præciſô Revelationis Principiô) pari commentô DEO adjudicari poſſit quaternitas, eandem, ſi non majorem, perfectionem implicans in Eſſentia divina, quàm Trinitas ipſa: unde enim, ſepoſitô verbô DEI, ex ſola natura, perfectionis id eſſe conſtabit unum eſſe in eſſentia, Trinum in Perſonis; nec potiùs eſſe binum vel

5.
vel quadrinum, aut proratione Atributorum eminenter in Deo conten-
totum, quoddam multiplex? non viâ negationis, cum si, posito non po-
nendo, reperibilis sit convenientia in creaturis Mysterio Trinitatis in-
dagando approximanda, dubium adhuc subesse possit quoad modum
iplum removendi imperfectionem in analogiâ rei creatæ cum DEO
Trinuno radicatum, (quod innuit via negationis) an, quæ removenda es-
set imperfectio in Trinitate, non sit perfectio potius, quandoquidem
duo & quatuor esse in uno, nec tria solum, intellectus finitus judicare
possit majorem sibi videri perfectionem, & minorem repugnantiam,
Non denique viâ causalitatis, quia tale quid non invenitur in effectis,
ipsaque ratio vel producendi vel conservandi creaturas, ad quam com-
muniter confugitur, sufficienter terminari potest in Unitate DEI, non
illic in Personarum Trinitate. E. nullo modo, Quod si ad ratio-
nem effectivè talem provocet, neque sic tamen salvabitur Mysterii huius
sufficiens notitia, id que ex incapacitate Intellectus, cæcitatem fidei
præ se ferentis. *Argumentor*; Quodcumq; i. in se, & per se, quoad spiritua-
lia cæcum est, 2. repugnat sapientiæ divinæ, 3. Mysteria *πνευμαλικά*
promera stultitia reputat, illud in se, & per se, incapax est ad Trinitatem
cognoscendam. Atqui Ratio Humana &c. E. Maj. Q. cognitio non
modò supponit tendentiam in objectum cognitum; sed inportat simul
commensurationem cum Intellectu objectum cognoscendum appre-
hendente; at ubi talis propter incapacitatem subjectivam negatur com-
mensuratio, ibi subinde evertitur cognitio ipsa. Min. est Apost. Rom. 8.
v. 8. *Sapientia carnis inimica est DEO. 1. Cor. 2. v. 14. Animalis homo
non percipit ea, que sunt Spiritus DEI. Stultitia enim est illi, & non potest
intelligere, quia spiritualiter examinatur. Quod idem confirmat Ec-
clesiast. c. 8. v. 17. Intellexi, quod omnium operum DEI nullam possit Ho-
mo invenire rationem eorum, que sunt sub sole, & quanto plus laboraverit
ad querendum, tanto minus inveniat: etiamsi dixerit sapiens se nosse, non
poterit reperire.* Ineptiunt idcirco Raymundus Lullius, Richardus Vi-
ctorinus, Keckermannus, & communiter Doctores Scholastici, solâ
vi Naturali Intellectus, seclusâ Revelatione, hoc Mysterium demonstra-
ri posse contententes. Quibus haud obscurè accedit Mornæus, ci-
tante eum D. Calov. tom. 3. Syst. Theol. Art. 1. c. 1. q. 1. pag. 36. qui etsi
fateatur, *rationis acumine sine revelatione DEI hoc excogitari non posse,
rationis tamen judicio videri & approbari id existimat, etsi nihil rationi
superveniat ab illa revelatione: similique discursu ab intellectu & volun-*

cate DEI hic utitur, ac quicquid de Filio DEI & S. S. in Ecclesia doce-
tur, rationis lumine illustrari posse, autumat. Argumenta, quibus evi-
-dum iri putant assertum eorum, nos non movent. Inquiunt I. O. Bo-
-num est communicativum sui. E. summum bonum summè communi-
-cativum. E. ex necessitate & perfectissima communicatione infinita.
E. ipsius Naturæ Personæ alteri, & duplici quidem, nec pluribus, quia
esse debeat communicatio vitalis, & per operationes immanentes, qua-
lis esse non potest, nisi intelligendo & volendo. Ita quidam disertis ver-
-bis hoc argum. attingit tract. de sanct. Trinit. disp. x. c. x. §. X, p. 305.
Resp. 1. Esto, omne bonum, & consequenter summum quoque, esse com-
-municativum sui, unde verò hanc consequentiam eliciet Philosophus,
E. ex necessitate & perfectissima communicatione infinita? Unde hænt,
E. ipsius Naturæ Personæ alteri, & duplici quidem, nec pluribus? Sanè,
à modo communicandi Essentiam, (de qua h. l. procedit quæstio,) qui
Enti participato conveniens est, ad modum communicandi Essentiam,
Enti infinito proprium, agrè colligitur; cùm enim in Ente creato com-
-municetur Essentia numero diversa, adeoque duplex ponatur Indivi-
-duum distinctum, idque non ὁμοῦστον; sed ὁμοιάστον, quis jam inderi-
-tè collegerit ad Ens infinitum, quod Essentiam suam communicat duabus
personis Eandem numero? Id certè si tam feliciter attingeret intel-
-lectus Humanus, cur adèd gnaviter distinguerent Orthodoxi inter ge-
-nerationem Physicam & Hyperphysicam? 2. Si interim vel maximè
talis intelligeretur communicatio in Divinis, ejusdem scilicet numero
Essentiæ, at quæ portò suberit ratio, cur hæc communicatio Essentiæ
terminanda veniat præcisè ad personam duplicem, & non plures? si di-
-xeris, id fieri debere propter communicationem vitalem, in ordine ad
operationes immanentes, quarum duas duntaxat admittunt Philosophi,
Intellectum & Voluntatem, oppidò petes principium, præterquam enim
quòd nullo ex capite assignabile sit momentum aliquod, evincens com-
-municationem hanc procedere debere in ordine ad Intellectum & Vo-
-luntatem, replicari fortiter potest, eandem quoq; procedere posse à po-
-tentiâ alia, v. g. memoria. 3. Becanus, Th. Schol. tract. 2. c. 3. q. 5. simpli-
-citer asserit, naturaliter cognosci non posse, talem communicationem
esse possibilem. Imò, inquit, Philosophus Gentilis putaret implicare
contradictionem, DEUM communicare se infinito modo; ad extra
quidem, quia nulla creatura potest esse infinita; ad intra verò, quia dice-
-ret id fieri non posse sine divisione naturæ, ac proinde id jam non esset

communicare se ad intra ; sed ad extra. Sibi itaque Doctores Scholastici non constant. Quid quod 4. modum processionum ex parte Principii Intellectivi & Volitivi, cui damnabilem errorem rejecerint non modò cordati inter Orthodoxos Theologi ; sed & repudiaverint & Scholasticis ipsis docti plerique Recentiores, cui minus consentaneum ? Quippe admiffa hâc hypothefi, neceffariò infertur inæqualitas Personarum, quæ repugnat non tantùm Symbolis Niceno & S. Athanasii ; sed & Ecclefiæ Catholicæ. Fundamentum afferti est : Quia cum in absolutis perfectionibus, attributis, actibus, & emanationibus Personarum, (quales quoque sunt Intellectus & Voluntas in Divinis) Summa esse debeat æqualitas ; at verò ex hypothefi differentium, Persona Filii terminativè è Principio Intellectivo ita procedat, ut non possit procedere ex Principio Volitivo : Et contra Persona S. S. ita procedat terminativè è Principio Volitivo, ut non possit procedere ex Principio Intellectivo, quis non inæqualitatem Personarum conspicit ? Procedit discursus : Quod absolutæ perfectiones & actus Divinorum Attributorum, ex eo, quòd sint Essentiæ Divinæ identificatæ & cum hâc convertibiles, requirunt æqualem participationem à Personis, vi ipsius Essentiæ, consequenter de absoluta perfectione & actibus Divinorum Attributorum, h. e. Intellectu & Voluntate, æqualiter ac indivulsè, non divisim & exinde inæqualiter procedere oportet utramque Personam. Et tamen si rependant quidam, non de Intellectione & Volitione absoluta ; sed Patris & relativa sermonem esse, hoc tamen non obstante, seipfos intricant magis, quàm extricant ; unde enim istis è lumine Naturæ innouit sermonem hîc debere institui de Intellectione & Volitione Relativa Patris, nec potius de Intellectione & Volitione absoluta ? unde sciunt, Patris intellectionem fecundam esse, Filii & S. S. non item ? unde, actum Intellectionis & Volitionis in Patre esse ante Filiationem & Spirationem ? Aut si adedè Imaginativâ pollent differentes, cur non assignant solidam rationem, quare duntaxat Intellectio Relativa Patris dederit originem Filio ; & Volitio Relativa Patris originem S. S. nec quòd Intellectio Spiritûs S. dederit originem sibi ipsi ? Viderint certè, ne hoc ipso dependentiam constituent Intellectionis & Volitionis Filii & S. S. in ordine ad Intellectionem & Volitionem Relativam, quæ est Patris ; quæ quidem temeraria assertio ipsis haud insolens est, ut videre licet apud B. Dorsch. Vindic. Interv. pro Myst. S. S. Trinit. c. XI. Interim si & hoc concedatur Adversariis, hîc de Relativa Intellectione

& Vo-

69.

68.

& Volitione agi, quis autem percipit, eam Personam, qua apta nata est originem habere ex Intellectione, æqualem esse illi, qua apta nata est originem habere ex Volitione Divina, eò ipsò, quòd illa ex Intellectione, hæc ex Volitione originem habet? Quis non hæret, si in absoluta perfectione, qualis est intelligendi & volendi potentia, audiat, hanc Personam ex Intellectu procedere, illam ex Voluntate, hanc ex Intellectione, illam Volitione, & non aliter, posse originem habere: hanc personam per prius ab Intellectione, per posterius à Voluntate, illam per prius à Voluntate, per posterius ab Intellectu emanare? Verba sunt judiciosissimi Theologi, paulò ante laudati, loc. cit. c. XVII. n. 8. Præterea quòd hîc cum Ruizio ad actus notionales recurrant, dicendo, intelligere & velle, præcisâ relatione productionis ad terminum productum, esse actus essentialis: at intelligere & velle simul conjuncta & considerata cum relatione productionis ad terminum productum, non esse actus essentialis; sed notionales, h. e. relativos & principio producenti peculiare, id nequaquam omnem contradictionis apparentiam submovet: recurrit quæstio, unde sit illa relatio productionis ad terminum productum, quâ positâ Intellectio & Volitio exuunt Formalitatem Actuum Essentialium, & vestiuntur Formalitatibus notionalibus & respectivis? oportet namque formalitatis hujus respectivæ quoddam subesse fundamentum. *Inquunt* II. Trinitatis *Mysterium* demonstrari posse ex felicitate & beatitudine DEI, quæ non posset esse summè perfecta, nisi in societate plurium possidentium eandem, & mutuâ charitate infinitum bonum invicem volentium, idque charitate perfectâ, quæ non solum respicit alteram Personam dilectam; sed eandem etiam condilectam à Persona tertia per consortium amoris. Ita idem supra notatus loc. cit. &. Hoc arg. expressè petere petitionem Principii colligit quisque, qualis enim consecutio, Felicitas & beatitudo DEI non potest non esse summè perfecta, E. postulat societatem plurium possidentium? numquid enim ab absentia talis societatis firmiter arguitur ad aliquam imperfectionem? minime sanè, quin imò ut dissentientes hîc iterum cum eorum socienno Becano committamus, reponi potest, ne speciem quidem levidensem præ se ferre attactum objectamen, siquidem Philosophus gentilis diceret, DEUM, cum sit infinitus & omnia eminenter in se contineat, non desiderare consortium, quia ex consortio nihil accresceret. Vide sis Becan. I. sup. cit. *Inquunt* III. Trinitatem Personarum passim conspicendam exhibet Natura Naturata, in creatura rationali imaginem, in irra-

rationali vestigium relinquens. In creatura rationali Angelica sistitur Trinitas per Mentem, Notitiam & Amorem, in Humana per tres animæ facultates, rationalem, sensitivam & vegetativam. Ita in creaturis irrationalibus animatis datur sensus communis, Phantasia, memoria: in Inanimatis, pro diversitate subjectorum, v. g. in Sole, substantia, radius, calor; in Arbore, radix, truncus, ramus, &c. *Resp.* Hæ & similes conjecturæ è Natura Naturata depromtæ, utut Trinitatem illustrent quadantenus, non tamen vi medii exhibentis notitiam de hoc Mysterio nudè conjecturalem, librum Scripturæ præcedunt; sed sequuntur duntaxat, ut ad eò dicente B. Gerh. in Exeg. Loc. III. c. 1. §. 28. non tam Parentes, quàm soboles sint æstimandæ, neque tam adducantur ad cognoscendum, quàm ad cognitum repræsentandum. 2. Tametsi allata exempla Trinitatem Personarum adumbrantia, quandam involvant cum re adumbrata similitudinem & convenientiam, diffitendum tamen non est, eadem implicare numero plures difformitates & discrepantias, ex nullo capite Trinitatis Mysterio accommodandas, consequenter nec in conclusionem scientificam evehendas; id quod erat demonstrandum. Conf. Meiss. Phil. sobr. p. 1. sect. 4. cap. 9. q. 2. Subnectimus his, quæ graviter hinc loci monet Chemnit. part. 1. Loc. Theol. p. 79. *Quia mira hæc sunt, & longè supra omnem creaturarum captum posita, quæ de Trinitate Personarum in SS. Trinitate dicuntur, querenda sunt testimonia divina patefactionis, quæ ita sunt firma, certa & perspicua, ut conscientia illis in hoc tanto Mysterio turò acquiescere possit. Non enim tam numeranda quàm ponderanda sunt Testimonia. Nec quæri debet, quàm magnus sit acervus sententiarum quomodocunque consarcinarum; sed quàm appositè & perspicuè hunc Articulum Trinitatis doceant & confirmet.*

IV.

Hactenus itaque Mysterium Trinitatis è sola Scriptura S. innotescere visum est; incumbit, ut existentiam ejus in Codice V. & N. T. radicatum, eruamus. Sunt autem hanc in rem duo præcipuè expediunda, unum est, Pluralitas Personarum è Scriptis Divinis utriusque Testamenti stabilienda; alterum, cur pluralitas ista ad tres solùm Personas, non plures, nec pauciores terminanda veniat? Prius quod spectat, pluralitatem Personarum è V. T. solidè demonstrari ostendimus 1. Gen. cap. 1. v. 15. In principio creavit DEUS, (vel ut expressius Authenticum sonat vocabulum) אֱלֹהִים, cælum & terram. *Sit argumen-*

B

tum:

69.

68.

tum : Is , qui creavit cœlum & terram , est unus in Essentia DEUS : Is , qui creavit cœlum & terram , est verè ac propriè plures Elohim. E. Quidam verè ac propriè plures Elohim , est unus in Essentia DEUS , & consequenter , in una & simplicissima DEI essentia dabilis est personarum pluralitas. Maj. nititur Scripturæ assensu. Esa. 45. v. 5. 6. ipsorumque Adversariorum hypothesi. Min. clarescit evolutione emphaticæ locutionis verbo Elohim ingenitæ , tum quod ponat DEUM in significatione propriissima , (ut obvium est è scopo Mosæico , non tropicum ; sed verum , imò verissimum DEUM , in gravissimo Scripturæ Exordio admirandaque adèd Hexæmeri descriptione , innuente) perque hoc excludat omne Ens finitum , cœu incapax tam virtutis creativæ , quàm participationis tanti Nominis per vocem Elohim importati : tum quod non terminationem tantum ; sed sensum quoque pluralem inferat , idque citra Enallagen numeri hîc loci confictam , demonstrantibus peritissimis Rabbiniis , ipsaque vocis Elohim , ut numeri ; ab Eloah , ut univocis , expressis differentia : tum denique , quod parallelè cum locis v. 26. & 3. cap. v. 22. collata , nequeat secus accipi , nisi ut pluralitatem ὁφισαμένων distinctorum distinctè explicet. Verba v. 26. sunt sequentia : *Et ait* , (scilicet Elohim) *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem Nostram* , &c. Item cap. 3. v. 22. *Ecce Adam quasi unus Ex Nobis factus est , sciens bonum & malum*. Quæ ut distincta supposita per verbum *Faciamus* , pronomen nostram , & *ly* Ex partitivum sistant , ita nugacium Adversariorum *Φλασείας* in os detorquent. *laetant tamen quasdam Exceptiones*. Crellius , & cum eo Triadomastyges , reponunt ad *i.* vocem Elohim h. l. capi non posse in significatione propriissima , *partim* quod judicis ac vindicis habeat significationem potestatisque & imperii nomen sit , exindeque iudicibus quoque attribuat , *partim* quod gaudeat nomine appellativo pluribus extra DEUM communi. v. g. Angelis. Psal. 8. v. 6. Magistratui Politico. Psal. 82. v. 26. καὶ ἐξοχὴν autem sumtum DEI summi proprium fieri , ob quam causam vel inprimis DEUS Deorum. Deut. 10. v. 17. appelletur. *Et ad i.* primò Vocem Elohim Judicis ac Vindicis obtinere significationem , esseque potestatis & Imperii nomen , suppositum hætenus est à Crellio , non probatum : Nec diffitebitur Antagonista , de prima hujus vocabuli origine perplexas Criticis lites adhucdum sub manus nasci , his non

non minus pro sua, quàm istis pro alia opinione certantibus. Interim, si, quod autumat, vox אלהים voci Elohim pro radice sit subternenda, at quo jam fundamento evincet, vocem hanc in stricto & formali significato coincidere cum termino Judicis & Vindicis, quum propriè significet execratus esse, juravit, pejeravit? *Secundò*, quis non videt Crellium hinc confusum esse, dum diversa significata insulsè confundit? inquit, vox Elohim notat Judicem & Vindicem, & tamen in formali suo inportat nomen potestatis & Imperii, nonne hæc confusio est acceptionis formalis cum materiali? an ignorat unius vocis esse unam significationem formalem, non plures? Si ergò vox Elohim propriè & in formali quidditate notat judicem & Vindicem, utique propriè & sub eodem formali Dominium & Imperium non designabit, utut materialiter quisvis Judex ac Vindex legitimus imperio & potestate sibi conceditâ polleat; nisi fortassis novo philosophandi pruritu infamis, in una ἀμελίστω significatione formali duas rationes formales exsculptum exsculptumque iri contendat. Sed & *Tertiò* quàm præceps est hæc consequentia, vox Elohim judicibus attribuitur. E. judicis ac vindicis habet significationem. Par est consecutio: Vox Asini attribuitur Isascharo. Gen. 49. Olla Moabo. Psal. 60. E. vox Asini in suo formali significat Isak harum, vel olla Moabum? Sanè ratio utrobique eadem militat. *Nec juvat dixisse*, in voce Elohim insinuari causam, cur Judicem & Vindicem significet, vi scilicet originis primæ, in exemplis verò allatis ne quidem rationem denominationis adferri, id enim ut facile supponitur, ita facile rejicitur. Pari modo ad 2. & *Primò*: Falsum esse, vocem Elohim suâ naturâ nîl nisi commune quoddam & appellativum Nomen indicare, sive enim usum Biblicum hinc spectemus, sive naturam vocis, nihil obtinebit Crellius. Nîl quoad prius, quippe Elohim absolutè citra notas, condiciones, vel circumstantias alienantes aut imminuentes in sacris occurrens, semper verum DEUM innuit, nec nisi propriissimam significationem, quâ non nisi soli DEO accommodatur, obtinere potest. Et tamen si Crellio & complicitibus id videatur κενόμυθον, nihilofecius, factâ inductione omnium locorum Codicis sacri, vocis Elohim usum, sub assignato respectu, soli duntaxat DEO in essentia Uni, Trino in personis, applicatum, ἀμεταπτώτως & uniformiter demonstrantium, rectissimè tandem convictionis meretur sedem, donec contrarium docuerint. Notas quod attinet, nolumus πρᾶγην πρᾶγην. Vid. D. Calov. Theol. Nat.

tur. & Revel. lib. III. §. 143. p. 418. Nil quoad posterius : Quamcunque enim vocis Elohim originem legitimam (dico signanter legitimam, non quam in nomine אלהים obtrudit Crellius) amplexus fuerit Hyperaspista, nafsâ captiosâ irretietur. Si iis adhæserit, qui vocem Elohim ab adoratione derivant, ut Eloah sit is, qui religiosè colendus est, hoc ipso Adorabilitatem, vel quod majus est, cultum religiosum creaturæ adjudicabit, at quàm perperam? Si cum aliis complexum attributorum Divinorum hîc notare præsumserit, eodem errore nugabitur. Sublatâ itaque vi significandi nativâ, in relatione ad cætera extra DEUM, communitas quoque vocis, sive univocatio ad univocata expirat. *Secundò*, Ineptiæ sunt, quas meditatur Crellius: Vox Elohim tribuitur Angelis, Magistratui Politico. E. est communis & appellativa. Annon nativam vocis significationem à metaphorica distinguere novit? Quis Angelos per verum DEUM indigitari asseruit, quis Magistratum Politicum? id certè nunquam ex textu allegato eliciet. Deos quidem appellari non inficiamur; sed tantùm $\mu\epsilon\lambda\epsilon\phi\omicron\sigma\epsilon\mu\kappa\omega\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\upsilon\alpha\lambda\omicron\gamma\iota\alpha\upsilon$, quatenus ob eminentiam & sanctitatem offi.ii complexum quoddam perfectionum Divinarum in iis elucescere debet, indeque Dignitas, Honor & Reverentia iis exhiberi oporteat; aut quatenus Potentiam, Officium & Dignitatem à DEO communicatam tenent, ut explicant Flacius Clav. Script. part. 1. & Ravanell. Biblioth. Sacr. in voce DEUS. Hinc *Tertio* nec illud subsistere potest, Elohim DEI summi proprium fieri $\kappa\alpha\iota\ \epsilon\zeta\omicron\chi\eta\nu$, nisi omnino terminus exclusivè sumatur, in exclusione omnis entis præter DEUM, quandoquidem ex dictis, & adhuc dicendis, similitudinariè solùm & tralatitiè isti annectitur, cum tamen proprietatis $\kappa\alpha\iota\ \epsilon\zeta\omicron\chi\eta\nu$ talis, si uni extremo applicetur, (ut h. l. DEO) requirat necessariò convenientiam univocam ex parte alterius extremi, hoc ipso, quòd gradualement tantùm excellentiam ponat in eodem extremo, conceptu rei essentiali utrobique salvo manente, itaque si expiraverit univocatio ex parte alterutrius extremi, (ut ostensum hæcenus) nequit jam inclusivè cum participatione plurium capi hic terminus; quin imò ut Elohim solius DEI proprium est, ita DEUM dici $\kappa\alpha\iota\ \epsilon\zeta\omicron\chi\eta\nu$ Elohim, eidem proprium erit. Quod autem de DEO Deorum hîc obvertit, in cassum recidit, neque enim ratio illius phræsis est Excellentia quædam participata, quam summi Numinis $\epsilon\zeta\omicron\chi\eta\nu$ excedat adæquatè; sed disparitas Essentiæ, excedentis quicquid quocunque modo Deorum nomine

mine venit, ut observat Magnif. Dn. Præses Exerc. II. de Nomin. Di-
 vin. Th. X. *Nec minus contra II. insurgunt*, arguentes 1. vocem Elo-
 him, ut ut pluralis sit numeri, sensum tamen singularem tantum involve-
 re, quod verò pluraliter ponatur, fieri ad dignitatem amplificandam,
 2. Si tamen & sensu pluralis esset, exinde infirmiter concludi ad Tri-
 nitàtem, cum pariter decem, centum, mille personæ in DEO fingi
 possent. 3. Mirum esse, Latinos penitiùs inspicere proprietatem Lin-
 guæ Sanctæ, quàm Hebræos ipsos; Nam istos subinde Textum Moy-
 sis præsentem evolventes, nihil talis suspicatos esse, reperiri scilicet
 ibidem pluralitatem Personarum. 4. Afferunt Scripturæ testimonia,
 quibus evincere gestiunt vocem Elohim, vi significationis, non posse non
 nisi singulare esse, atque adeò singularissimum indigitare Individuum,
 non Personarum in Essentia divina pluralitatem, *partim*, quòd is, qui
 à Moyse h. l. Elohim notatur, à Jobo c. 9. *ψ. 2.* & Davide Psal. 101:
ψ. 16. DEUS in singulari vocetur, *partim*, quòd cum de Creatore ser-
 mo sit, Elohim voce Solus exprimat, quòd ipsò vocis pluralitatem ad
 unum & singulare restringi, nec jam pluraliter, sed singulariter intel-
 ligendam esse doceatur, ut patet 2. Reg. 19. *ψ. 15.* Psal. 85. *ψ. 10.*
 5. Colligunt ab absurdo, si enim præse insistendum esset voci Elohim,
 jam non Trinitas, sed Quaternitas è textu erueretur, Trinitas, vi hy-
 potheos à nostratibus admixtæ, Quaternitas, quòd distincta S.S. men-
 tio fiat, cum dicatur incubuisse aquis. *R.* ad singula. Ad 1. vocem Elo-
 him sensum tantum singularem involvere, est manifesta petitio prin-
 cipii in præcedentibus discussa: In plurali verò positam amplificare so-
 lam dignitatem, negatur simpliciter. Id enim si verum sit, ecurr de
 DEO non semper pluralis usurpatur? Adhæc, cum DEI dignitas sem-
 per amplificari debeat, cur tam frequenter in singulari effertur El, non
 Elohim? an ideò DEI dignitas minuetur, si Eum El nominaveris, nec
 Elohim? ita sanè ex adversæ mentis sententia. Verùm quis eò teme-
 ritatis processerit, ut statuere ausit, Habacuc Prophetam cap. 3. *ψ. 2. 3.*
ex eo, quòd verum DEUM El appellet, Dignitatem ejus minuisse, vel
 eandem non satis amplificasse? *R.* ad 2. A negata pluralitate persona-
 rum definitè tali, ad negatam pluralitatem præcisè N. V. C. Locus pro
 pluralitate personarum, non pro Trinitate earundem astruenda addu-
 ctus est, ut monitum in limine hujus Paragr. *R.* ad 3. Mirum esse non
 debet, eum, qui arte consecutus est Linguæ Sanctæ peritiam, diligen-
 tiùs

14.
tius observare indolem ejus, præ eo, cui est vernacula, siquidem ille arte nititur & experienciâ, hic solâ experienciâ. Et quis ignoret Averrhoem Arabem melius intellexisse Aristotelicam Philosophiam, quam plerosque Græcos, ait Jac. Martini lib. 1. de tribus Elohim cap. IV. Id verò splendidum est Enjedeni mendacium, afferentis, Judæos textum Mosaicum subinde excutientes, nihil talis suspicatos fuisse, unde pluralitatem Personarum coluerint; utatur *αυτοψα* & contrarium liquebit: Evolvat cum sociennis suis præter memoratum J. Martini, è recentioribus quoque peculiarem disput. M. Hoffmanni de Consens. & Dissens. Relig. Profan. sub Præsidio B. Ernesti Gerhards, Ao. 1667. Jenæ habitam, §. 46. & habebit Rittangelium acerrimum assertorem ac vindicem, ipsos Judæos in hanc sententiam trahentem. Ad 4. & Allata loca haud quidquam obniti, siquidem stante adhuc dictâ pluralitate, Gen. 1. per vocem Elohim illata, nihilominus vox hæc aliis Scripturæ in locis per singulare El optimè exprimi potest, cum his testimoniis non tam personæ quam Essentiæ negetur pluralitas, quam & ipsi Orthodoxi impugnant. Quapropter ea, quæ de restrictione per vocem Solus, uni DEO ceu Creatori adhibenda, comminiscuntur, vix responsione digna sunt, fiat discursus, & illico falsitatis insimulabitur Major, h. m. ab Adversariis contexta: Quæcunque vox in numero plurali à Moysese posita, in aliis Scripturæ locis, (v. g. 2. Reg. 19. §. 15. Psal. 85 §. 16.) exclusivâ Solus ad singularem restringitur, illa semper est significatione singularis. Atqui vox Elohim. E. Cui non Major apparet esse falsissima? Quid enim aliud sibi vult axioma Logicorum, nisi ut exclusiva terminetur ad heterogenea, non homogenea, & quæ cum re convertuntur. Igitur, utut dictis in locis vox Elohim voce Exclusivâ Solus ad singularem restringatur, ineptè tamen ad exclusionem Personarum inde arguitur, quamvis rectè arguatur ad exclusionem plurimum Essentiarum: quandoquidem hæc phrasis, Solus Elohim fecit cælum & terram, non sit explicanda h. m. Una persona Patris, & quidem sola, fecit cælum & terram; sed h. m. Una, & quidem sola, Essentia divina fecit cælum & terram, non excludendo Trinitatem Personarum. Tandem ad 5. regeri potest retorquendo, quod si Gen. 1. mentio fiat S. S. incubantis aquis, quàm frivole E. Personarum hæctenus. 1. negabatur pluralitas? 2. vox Elohim restringebatur ad unam personam? 3. denique significationis tantum singularis eandem esse militatum fuit? scilicet, concedent Phouiniani vel tandem, quod impudenter hæc usque vellecârunt.

cōstrunt, facenturque se constringi ad assensum, quem pluralitati personarum subtraxerant. Neque verò est, quòd metuenda sit quaternitas, ex eo, quia S. S. expressa fiat mentio, quas enim conjunctim sub voce Elohim Personas indigitavit Moyses, nunc distinctius indicat, quòd è textu obvium est. *Postremò contra III. rationem excipiunt*, adducta loca parallela nihil addere roboris nostræ sententiæ, nam quòd *ψ. 26.* concernit, *inquiunt*; nimis infirmiter procedi ad Pluralitatem aliquam personarum in divinis, exinde, quòd verba sint Pluralia, 1. enim hæc verba posse referri vel ad potentias & Attributa DEI, vel ad Fabricam cœli & terræ, vel ad intelligentias à DEO in consilium creationis attractas. 2. Possè explicari more Magnatibus familiari, qui facta & mandata sua declaraturi utantur plurali, tamen significatio sit singularis, hoc ferè modo: Nos Casimirus mandamus & præcipimus, &c. Verùm & ad 1. adhuc firmiter proceditur ad dictam pluralitatem ob rationes superius ingestas, quòd namque hic ad Attributa DEI recurrunt, merum *κρυσφύρατον* est. Sane pluralis numerus, hòc ipso quòd pluralitatem innuit, nequit apponi rei singulari quàm singulari, nisi aliunde pluralitatem inportet, quæ cum locum habere nequeat in potentiis & Attributis Divinis, materialiter & identicè nil nisi unam & indivisibilem Essentiam divinam dicentibus, meritò is accommodandus erit tali Essentiæ, quæ arguit realem plurium distinctionem, juxta quam in pluribus distinctis debeat verificari. Ad fabricam cœli & terræ hæc verba referri posse, itidem dici nequit; tùm quòd talis compellatio rerum inanimatarum ad opus Creationis, citra præjudicium divinæ sapientię concipi non possit, teste Esaia c. 40. *ψ. 13.* tùm quòd cederet in ignominiam creaturæ nobilissimæ; (Homini nempe) hoc pacto deliberationi causæ ignobilioris subjectæ; tùm quòd passivè se habens nullo respectu activè queat concurrere ad alicujus creationem, quòd de terra, vi Gen. c. 2. *ψ. 7.* dici debet. Sed nec Intelligentias ad consilium creationis à DEO attractas esse censendum est, quia verbum *Faciamus* directum est primò ad potentes creare Hominem, secundò ad potentes creare Hominem ad Imaginem suam, quorum neutrum de Angelica potentia subsumi potest. Imò, notante Dn D. Præs. Comm. in Pentateuch. Q. 2. in hunc locum, *si DEVS in consilium posset adhibere Angelos, tùm illud consilium identificetur Essentiæ Divinæ, ad ipsum intimum Esse suum posset quoque illos adhibere, atque illud vis communicare*, quòd oppidò falsum. Hinc quoque & ad 2. Expli-

catio-

69.

68.

cationem hanc de more Magnatibus familiari in DEO esse inexplicabilem, à profanis enim Scriptoribus ad sacros confusè proceditur; ut nil dicamus de falsitate asserti, quâ talis mos piis Magnatibus affingitur: Quis, quæso, Magnatum quantumvis potentissimorum, eò insolentia processit, ut scripisset: Nos Casimiri &c. mandamus & præcipimus, quod statuendum esset, si paritas subsisteret. Conf. B. Dorisch. Dissert. IV. Au&uar. in Pentadec. §. 4. & 5. Cæteras exceptiones, quas ad cap. 3. v. 22. coacervant, cum nitantur falso supposito, quasi
 ly Ex Nobis referendum sit ad Angelos, insimul in prioribus fuerint diluta, præmittimus. Plura V. T. fundamenta pluralitatem Personarum declarantia expendunt J. Martini Tract. de Trib. Elohim, D. Sebast. Schmidt Coll. Bibl. pr. loc. III. pag. 113. seqq. & alii. *Superest*, ut pluralitatem Personarum è N. T. demonstremus, quia verò eadem doctrina agetur in subsequentibus, ubi pluralitas Personarum determinatè ad Trinitatem veniet evincenda, idcirco & hunc discursum eidem occasioni relinquimus.

V.

Ex dictis dispalescit, Mysterium Sanctissimæ Trinitatis è solo V. T. evinci posse, ut vel hinc nugentur illi, qui idem omnibus ejus temporis fidelibus ad salutem necessarium fuisse pernegant. Assertionem hujus veritatis contra modernos Syncretistas vindicaturi, præmonemus 1. ad evictionem præcisè talem non necessariò requiri, ut medium sit demonstrativum, petitum ex principiis primis, veris, immediatis, notioribus, causis conclusionis, adeoque scientiam generantibus; sed sufficere, si procedat à Principio authentico fidem supernaturalem gignente, quod se habet per modum illuminationis physicae in ordine ad potentiam intellectualem, cui talis evictio est imprimenda. 2. in collatione V. & N. T. quæstionem non formari de gradu evictione, sed essentiali. 3. multò minus de evictione subjectiva radicata in imbecillitate perceptivitatibus intellectiva; sed objectiva & intrinseca, præscindente evidentiam relativam à naturali legentis vel audientis perspicacia, quò fere sensu Theologi docent totam Scripturam materialiter & objectivè esse perspicuam, utut multis in locis videatur esse obscura. His præsuppositis, præterquam quòd Mysterium hoc è V. T. nondum existente Novò, solidè & evidenter evinci posse, ostensum jam sit positione præcedente, confirmamus porro assertum 1. ab uniformitate objecti credendorum. Sit argumentum: Quæ est

est ratio fidei in N. ea etiam est ratio fidei in V. T. Sed, ut cognoscatur
 verus DEUS, in Essentia Unus, in Personis Trinus, est ratio fidei in
 N. E. ut cognoscatur verus DEUS, in Essentia Unus, in Personis
 Trinus, erit quoque ratio fidei in V. T. *Iam*: Ubi datur salvifica
 cognitio veri DEI, in Essentia unius, in Personis trini, ibi datur
 perfecta & sufficiens revelatio talis cognitionis. Atqui in V. T. vi
 rationis fidei N. T. analogæ, datur salvifica cognitio veri DEI, &c.
 E. Maj. prioris patet Eph. 4. *¶* 4. *Vnus Dominus, Una Fides,*
Vnum Baptisma. Act. 15. *¶* 11. *Credimus salvari per gratiam Domini*
nostri Iesu Christi, quemadmodum & Patres nostri. Minor
 in toto N. T. est perorata. 2. *Confirmatur ab inconvenienti*: Aut
 testimonia V. T. à Christo & Apostolis, in afferendis fidei dogmati-
 bus, contra Phariseos & Legisperitos adducta, potuerunt, per con-
 cessum à Phariseis & Legisperitis medium, è Veteri T. deduci, aut
 non? Si posterius? Ergò frustranea erat disceptatio, cum omnis dis-
 cursus procedere debeat è quibusdam principiis ab utraque parte con-
 cessis. Si prius? E. claritas testimoniorum V. T. omnium quidem &
 singulorum, nullo non tempore erit objectiva, consequenter, cum
 Divinitatem Filii & SS. (Patris enim non negant Hæretici,) è V. T. de-
 monstrârint Christus & Apostoli, Matth. 22. & alibi passim, hoc ipso,
 quòd Divinitas Filii & S. S. constituat duas distinctas Personas, My-
 sterii quoque Trinitatis claritas objectiva in V. T. radicabitur, erit-
 que sufficiens medium ad solidè & evidenter evincendam existentiam,
 à Judæis, Photinianis, Arminianis & præcipuè recentioribus Syncre-
 tistis temerè impugnatam. 3. *Confirmatur ab absurdo*: Si Mysterium
 Trinitatis nequit solidè & evidenter evinci è V. T. E. neque Divinitas
 Filii DEI, neque opus expiatorium Christi, neque Messæ in carnem
 adventus, solidè & evidenter ex eodem evincetur. Atqui posterius est
 absurdum. E. & prius. Ratio connexionis procedit à conditione Tri-
 nitatis, quæ sine Tribus Personis est inintelligibilis, negatâ itaque evi-
 dentia istius, ob defectum medii in V. T. sufficienter expressi, harum
 quoque evincionem consecutariè negandam esse oportebit, cui tamen
 Scriptura reclamitat. His confirmationibus superadditur aliud ab-
 surdum, & quidem duplex, cujus se participes reddunt moderni Tur-
 batores, Mysterium Trinitatis è V. T. solidè & evidenter evinci posse,
 disputantes, unum est, violatio Communionis Sanctorum, tam sanctè,

tam tremendè in Symbolo Apostolico professæ per verba: **Credo**
Communionem Sanctorum, quam necessariò admittere debent
 omnes, qui perversum hoc dogma profitentur, siquidem per hoc po-
 nitur formalis diversitas cultûs & Religionis, hominum in V. & N. T.
 quam tamen fundatam esse necesse est in unitate fidei & Spiritûs, Eph. 4.
 quod omnino hæreticum. Alterum est, incusatio erroris damnabilis,
 quam impingere coguntur dissentientes omnibus in V. T. existentibus,
 adeoque & pientissimis Patriarchis, Regibus & Prophe-
 tis, vi Symboli S. Athanasii, cujus hæc proferimus verba: *Qui-*
cunque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat Catholi-
cam fidem, quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit,
 absque dubio in æternum peribit: *Fides autem Catholica*
hæc est, ut Vnum DEVM in Trinitate, & Trinitatem in Vnitate vene-
remur, neq; confundentes Personas, neq; substantiam separantes, &c. En
 quàm horrenda jam hæc criminatio! Enimverò, quæ hîc movent ar-
 gumenta contraria, in assensum non rapiunt. Dicunt: Si Myste-
 rium SS. Trinitatis è V. T. solidè & evidenter possit evinci, consequens
 esse, ut à quovis legente vel audiente potuerit exactè deprehendi, su-
 per quo tamen multi cespitarunt. Resp. per instantiam: Si dogma de
 Passione Christi è N. T. Luc. 18. de discessu Salvatoris ad Patrem,
 Joh. 16. solidè & evidenter evincitur, sequitur, ut à quovis audien-
 te potuerit exactè deprehendi. Quæ hæc consequentia? cum tamen
 discipuli Christi expressè dicantur *nescivisse, quid Christus loquatur.*
 Joh. 16. & 18. *Ipsi nihil horum intellexerunt, erantque ista verba ipsis*
occulta, nec agnoverunt, quæ dicebantur, inquit Luc. 9. 1. all. Quòd
 si jam id in dogmatibus distinctè à Christo prolatis usu venit, quid de
 Mysteriis abstrusissimis æstimandum erit? Nulla ergò sequela ab in-
 capacitate intellectûs humani ad impotentiam evictionis objectivæ, ni-
 si extrinseca intrinsecis, atque sic ima summis miscueris. De hoc scilicet
 quaritur, an Mysterium SS. Trinitatis evidenter in V. T. propositum, ex
 eodem solidè possit evinci, non verò, an à quovis legente & audiente pri-
 mâ fronte possit intelligi: Extrinsecum hoc est, alienum est. Sanè,
 si nec in naturalibus, id, quod perhibetur esse evidens & manifestum,
 dicitur tale à numero subjectorum illimitatè; sed à numero subje-
 ctorum Evidentiæ intrinsecæ per necessaria intelligendî media attem-
 peratorum, neque demonstrabile ipsum æstimatur ab oculari & qua-
 si sen-

In sensibili evidentia omnibus quomocunq; affectis indifferentes
 obvia; sed ab essentiali coherentia conclusionis & præmissarum, quan-
 tō magis in supernaturalibus ac divinis, evidentia mysteriorum (quale
 quod est mysterium Trinitatis,) æstimabitur ex indole & essentiali unius
 ad alterum consecutione, investigatā ab intellectu humano, per præ-
 venientem S. S. gratiam illuminato, non autem à vagabundo conce-
 pta, pro ratione affectuum Lectoris vel Auditoris Ingenio t. t. præ-
 dominantium, proletariè de eadem formato. *Interim*, falsum & il-
 lud est, Mysterium Trinitatis à legente & audiente non potuisse depre-
 hendi in V. T. *Esto*, hanc possibilitatem à se ipsis non habuisse, (quam
 omnino non habuerunt,) quò tandem pertinebit officium Leg spe-
 ritorum, Videntum & Prophetarum, cui Interpretatio & Explicatio
 Codicis scripti à DEO annexa est? *An non dicemus*, inquit subtilis Hül-
 semannus, Dialys. Apol. Calixt. num. XXIII. *eisdem supplēsse interpre-
 tatione & Doctrinā suā defectum paris evidentia & copia testimonio-
 rum de dogmatibus ad salutem creditu necessariis, quæ per accessionem
 canonis N. T. eluxit: ut quantum nobis in N. T. lucis accessit per cla-
 riorē & evidentiorē literam Textus Sacri, id compensatum fuerit
 apud Israëlitas per Interpretes illos θεοπνεύστους?* Quòd si hoc, quis
 jam legentem & audientem Mysterium Trinitatis, istud deprehen-
 disse inficias iverit? *Excip.* Ex hoc sequi, Mysterium Trinitatis etiam
 à modernis Judæis intelligi posse, cū & hi utantur interpretatione
 & explicatione codicis scripti in V. T. *Resp.* N. C. Maxima profectò
 disparitas est Judæorum in V. T. & Judæorum in Novo existentium.
 Quis istos (ex eo, quòd per sacramentum circumcisionis fuerint re-
 geniti,) accepisse Spiritum adoptionis, adeoque illuminatos fuisse, ne-
 gaverit, hos verò non item? Diferta sunt verba Apostoli Rom. 3. v. 1.
 & 2. *Quid ergò amplius ludæo est, aut quæ utilitas circumcisionis? mul-
 tum per omnem modum, primum quidem, quia credita sunt illis eloquia
 DEI, cap. 9. v. 4. 5. Eorum est adoptio & testamentum & legislatio,
 & obsequium & promissa. E quibus consequens est, hoc ipso Judæos
 ante Messiam exhibitum viventes, objectivè per expositionem Legis
 & Prophetarum, iatus autem per supernaturalem illustrationem à Spi-
 ritu S. (qui non secus, ac hodie in N. T. per verbum propositum, le-
 gitum & auditum, fidem operatur in cordibus fidelium Rom. 10. ita
 in ipsis quoque operatus est cognitionem rerum credendarum) in-*

strucos fuisse; quod de Judæis post exhibitum Messiam hinc inde dispersis dici nequit, cum enim juxta 2. Cor. 3. v. 14. & 15. *Vsque in hodiernum diem in lectione V. T. maneat non reiectum velamen illud, quod per Christum tollitur; sed ad hunc usque diem, quum legitur Moses, positum sit κάλυμμα ὅτι τὴν καρδίαν αὐτῶν*, ecquis non colligat, iustissimo DEI judicio his interpretandi & intelligendi mediis hos destitutos fuisse, indeque à facilitate intelligendi Judæorum in V. T. ordinariis Divinæ Hermenevias adminiculis munitorum, ad fatalem illam σκληροκαρδίαν Judæorum in N. T. infirmam neci consequentiam.

VI.

Pluralitatem personarum è V. T. stabilitam huc usque dedimus, de pluralitate determinata jamjam dicturi. Ubi confestim elidimus tam pluralitatem accidentalem, errore Vorstii, quàm essentialem præcipuè, πολυθεία gentium infames; acturi hac vice pro hypostatica, tres distinctas personas in una simplicissima Essentia, astruente. *Ratio nem affirmativa è V. T.* suppeditat idem locus pro pluralitate personarum superius adductus Gen. 1. v. 1. 2. 3. *In principio creavit DEUS cælum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebre erant super faciem abyssi, & Spiritus Domini ferebatur super aquas, dixitque DEUS. Sit hinc pro pluralitate Personarum determinata sequens argumentum.* Quibuscunque verbis, in una simplicissima DEI Essentia, exprimitur *alia Persona* proferens verbum creatorium per modum eminentissimæ, propriè tamen sumtæ locutionis, *alia Persona* prolata ceu verbum consubstantiale, *alia Persona* incubans aquis; neque præter has personas exprimuntur plures aut pauciores, iis verbis exprimitur pluralitas Personarum ad Trinitatem duntaxat restricta. Atqui his verbis Moysaicis, in una simplicissima DEI Essentia, exprimitur *alia Persona* proferens verbum creatorium per modum eminentissimæ, propriè tamen sumtæ locutionis, *alia Persona* prolata ceu verbum consubstantiale, *alia Persona* incubans aquis; neque præter has personas exprimuntur plures aut pauciores. E. his verbis Moysaicis exprimitur pluralitas Personarum ad Trinitatem duntaxat restricta. Major è Trinitatis formali obvia est, quò positò, diluitur formalitas quæcunque, sive sit unitas, sive dualitas, sive quaternitas, &c. Minor patet ex textu. Conferantur loca minorem propositionem elucidantia.

ria. Psal. 33. v. 6. & Joh. 1. v. 1. 2. 3. *Verum e. v. quoad secundam*
 Personam Deitatis hinc movent partim Socinus cum sociennist
 partim ex Orthodoxis Flacius Clav. Scripturæ pag. 1278. *Socinus*
 Resp. ad Gabr. Eutrop. ad Assert. 1. cap. 4. ita scribit: Si in verbis il-
 lis, dixit DEUS, fiat lux; verbum *ἰσχυρὸν* declaratur, tum il-
 lud verbum est vel ipsum dicere, vel illud quod dicitur? Si id quod di-
 citur? E. voces illæ, fiat lux, firmamentum, &c. erunt verbum hy-
 postaticum, quod ridiculum; si ipsum dicere? Ergò verbum hypo-
 staticum aliquando erit & non erit, erit, quando fit ipsum dicere, non
 erit, quia DEUS non semper dixit, sed aliquando desit, aliquando
 rursus incepit: *Flacius* haud absimiliter hinc obnititur, qui licet non
 neget veram personalitatem Filii, ex hoc tamen loco evinci posse du-
 bitat. Quare petitâ occasione è dicto Joh. 1. cur Filius DEI vocetur
λόγος, postquam plurimas sententias è Patribus recensuisset, tandem
 ad præsens dictum divertens, sequentia annectit: *Aliqui volunt eam*
rationem Ethymologia hujus (scilicet quòd Filius DEI vocetur *λόγος*)
 ostendere, quòd cum Scriptura testetur, omnia per Filium esse facta;
 initio Genesis, in descriptione creationis, narretur, DEVM dicendo
 omnia creasse. Putant igitur, illud ipsum dicere, esse Filium DEI, eo-
 que illum à Iohanne vocari *λόγον*, verbum. Verum contra ingens in-
 commodum sequetur, ut eadem ratione etiam aliàs, cum DEVS ali-
 quid dixisse legitur, necesse fuerit, consimiliter illud (DICERE) de
 Filio intelligi: unde plura absurda ac errores orientur, nam sæpe ipse-
 met Filius loquitur. Sic & Paulus ostendit; Christum fuisse eum, qui
 eduxerit Patres ex Ægypto, & cum eis egerit loquutusque sit. 1. Cor. 10.
 v. 4. & 9. sic confundetur secunda Persona cum suo dicere. Sequetur
 etiam, doctrinam seu verbum DEI esse substantiam & esse DEVM; sic-
 que DEVS cum patefacta doctrina confundetur. Huc accedit, quòd
 Epist. ad Hebr. c. 1. v. 3. etiam Filio suo verbum tribuit, cum inquit,
 omnia ferens verbo potentia sua. Quare mallet illud dicere DEI Gen. 1.
 exponere de mandato DEI, sic, ut David clarè exponit Psal. 33. v. 9. in-
 quiens: Ipse dixit, & factum est; ipse præcepit & constitit. Sic & Paulus
 de mandato intelligit. 2. Corinth. 4. v. 6. Qui præcepit ex tenebris
 lucem fulgere. Quin & Moyses ipse, primo illo capite satis clarè osten-
 dit, illud dicere DEI fuisse quoddam præcipere, semper enim, cum in-
 quit: Dixit DEVS, mox subjicit, quid dixerit, nempe, fiat lux, fiat

Firmamentum; congregentur aquae, germinet terra herbam viventem; fiant luminaria in firmamento caeli, producant aquae pisces, producat terra animalia, &c. Haecenus Flacius, cui adstipulatur Tostatus in Not. marg. Bibl. Verum Resp. ad Socini dicta, ea laborare insufficienti partium enumeratione, quae enim dilemmate suo ut oppositae obvertuntur, non nisi de verbo *πρωτογενῆ* materialiter & formaliter spectato capi possunt, ut vel indeliqueat, cornutum ejus, ob defectum verbi hypostatice, quod erat in illo dicendi & præcipiendi verbo *πρωτογενῆ* atque externo, nos non ferire. Quin imò à positio-
ne verbi *πρωτογενῆ* ad exclusionem *ἐν ἀρχῆς*, ut illegitimè proceditur, ita potius isto posito hoc supponitur, non tollitur, cum verbum externum non possit esse sine verbo mentis & interno. Flacium quod attinet, is præter rem meticulousus est. Quod si hoc loco Moysaico, ob descriptionem creationis emphatico, verbo Dixit attribuantur opera certam personam designantia, id illico aliis Scripturae in locis eidem attribui metuendum non est; nisi fors aliquis λόγον, qui est substantiale & internum verbum, cum verbo externo seu *ῥήματι* penitus confundere gestiat. Sed nec hoc modo DEUS cum patefacta doctrina confundetur, quandoquidem magnum intercedit discrimen inter Personam & personæ *ὑποτέλεσμα*? Equidem patefactae doctrinae non tribuuntur *τὴν ἀποδοσεως χαρακτηριστικὰ*, quae adscribuntur verbo Personali, qui est DEI Filius: Neque caelestis doctrina usquam adducitur *ἀνυπερατος*, quae inde ab omni æternitate fuerit cum Patre. Quid quod & nos mandatum seu imperium, decretum, voluntatem, jussum, hinc loci non excludamus, utur rectius per verbum Fiat, quàm Dixit, innui remur, siquidem per hoc respicitur ad verbum Patri consubstantiale, de quo Joh. i. Conf. Cornel. à Lapide Comment. in c. I. Genes. B. Glafs. lib. V. Phil. Sac. tract. i. c. 7. Walth. Spong. Moysaico. in h. l. *Qua contra tertiam personam Deitatis excipiunt Photiniani*, ita se habent: 1. dicunt, eam à Moysæ vocari non DEUM; sed Spiritum DEI, sicut autem absurdum sit dicere Virgam Moysæ esse Moysen ipsum, ita perinde absurdè argui Spiritum DEI esse ipsum DEUM. 2. Incubationem hanc esse opus ad extra, omnibus tribus personis juxta nos communem. E. ex eo non posse concludi ad distinctam personam S. S. Resp. ad 1. Qui hinc vocatur Spiritus Domini, is quoque vocatur DEUS, vide sis cap. Act. 5. v. 4. item 1. Cor. cap. 6.

cap. 6. §. 19. collatum cum 2. Cor. 6. §. 16. Neque infantia hęc quidpiam militat, dicitur namque Spiritus incubans, significando operationem circa molem primigeniam, cujus similis ratio in Virga Moysis afferri nequit. Ad 2. N. C. vel invertitur potius, quia enim incubatio est opus ad extra, quæ attactis duabus personis tertiæ adjudicatur, quidni firmiter ad distinctam personam concluderetur? *Aliud*, quæ contra hunc Spiritum, pro Spiritu mundi, (qui sit substantia subtilis, invisibilis & insensibilis, corpora inhabitans ac vegetans, Artheo aliis, aliis Colcodea dicto,) magni quidam Nominis Philosophus disputat, ad Philosophos remittimus. Id solùm pace manium tanti Viri dixisse liceat, palmarium ipsius argumentum petitum esse ex Genes. c. 1. §. 1. 2. 3. Ubi per Spiritum incubantem aquis, Spiritum suum mundi intelligi opinatur; cum quo tamen pugnat, quod pag. 8. Phys. ad lumen Divin. Reform. ait; ubi verba hæc: *Et Spiritus DEI ferebatur super aquas*, ita explicat: *Virtute Spiritus DEI vis quadam introducta est in tenebricosam illam & per se brutam materiam, ut jam agitari cœperit.* Si ergo ille Spiritus incubans aquis fuit virtus seu Spiritus DEI, (h. e. Spiritus S.) qui vim seu Spiritum creatum in tenebricosam illam & per se brutam materiam introduxit, non potest sanè esse illa creata mundi anima. Clariùs sibi contradicere videtur, pag. 17. Ubi verba Elihu; *Spiritus DEI fecit me, & afflatus omnipotentis vitam indidit mihi* (Job. 33. §. 4.) veram Moysis mentem recludere scribit; nempe, *Spiritus DEI agitando se super aquas produxisse Spiritum seu animam mundi, quæ viam indat omnibus viventibus.* Sed hæc *ὡς ἐν παρόδῳ*. Videatur quæ contra Deusingium habet plura, Daniel Voët. in Physica posthuma. *Aggredimur paucissimis rationem affirmativæ à N. T. petitam,* quam offert locus 1. Joh. 5. §. 7. cujus hæc leguntur verba: *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi tres unum sunt. Sic hinc sequens Argumentum: Quicumque in una simplicissima essentia asserit tres proprios & realiter distinctos testes, Testimonium personale in cœlo perhibentes, eosque non plures, non pauciores, ille in una simplicissima Essentia asserit tres realiter distinctas Personas, non plures non pauciores. Atqui Joh. h. l. & c. E. Maj. Q. testari testimonio personali Personam arguit. Min. est Scripturæ. *Objiciunt Antitrinitarij 1. Hoc dictum non est authenticum; sed**

ab

ab Hieronymo insertum. *Resp.* Nugæ. 2. Spiritus S. nequit distinctus poni à Patre testis, cum Pater non aliâ ratione testetur, quam per Spiritum S. *Resp.* Adhuc rectè distinctè ponitur, ut enim Patris per Spiritum S. factum testimonium distinctam personalitatem, ita & hoc, quòd concorditer testentur, voluntatis & Essentiæ Divinæ unitatem confirmant. 3. Etiam Angeli in cœlo testantur, aqua item & sanguis *ψ. 8.* nec tamen Personæ sunt. *Resp.* Testantur ministerialiter, non principaliter, testimoniò reali, non personali. 4. Spiritus, aqua, sanguis, non essentiâ; sed consensu unum sunt, E. & Pater, Verbum & Spiritus non Essentiâ, sed consensu unum erunt? *Resp.* 1. Quid hoc ad infringendam pluralitatem? Admittunt E. Sociniani plures Personas distinctas, æquales inter se, consensu unanimes? 2. Et consensu & Essentiâ unum sunt, dicuntur enim *εἰς* simpliciter, cum terrestres (Spiritus nempe, aqua & sanguis) tantum *εἰς τὸ εἶναι*; hoc est, ad unum sint. Vide D. Scherz. disp. XIV. Coll. Antisoc. pag. 126. seq. Cætera damus consueti.

VII.

Restat, ut dimissis, quæ circa Trinitatem in genere disputari poterant, ipsas sigillatim Personas spectemus. Prima Persona Pater est, secunda Filius, tertia Spiritus S. *Dico prima*, inuendo primitatem, quæ resultet ab ordine *non natura*, qui Valentini Gentilis, & communiter Triadomastigum, Patrem Essentiatorem, Filium & Spiritum S. essentiatos esse volentium, error est, *non temporis*, ut Weigeliani delirant, *non denique Dignitatis*, quò nomine Arriani & Donatistæ βαδμυς ἢ τὴν ὑπερβυνοι in Personis blasphemè ponentes, inprimis perstringendi veniunt; *sed originis & enumerationis*, cum in Trinitate nihil prius sit aut posterius, nihil majus aut minus; sed totæ tres Personæ coæternæ sibi sint & coæquales, vi symboli Athanasiani. *Dico 2. Persona*, ad removendam impietatem Samosatæni & aliorum, Personam in hoc Mysterio pro parte aut qualitate in alio abutentium, monente Art. 1. Aug. Conf. *Dico 3. Pater*, sumendo terminum *non essentialiter*, quò sensu quamvis Personam rectè Patrem dixeris, ob cultum divinum in oratione Dominica cuius Personæ, per verba; *Pater noster* &c. assignandum, *sed personaliter*, quatenus notantibus Theologis, præcipuè B. Chemnit. part. 1. Loc. significat *scilicet aalem Personam, qua non sit genita, neque procedens, sed que ab æterno*

aeterno genuit Filium, imaginem sui, creatorem, sustentantem, conser-
 vantem & gubernantem universa, visibilia & invisibilia, Angelos &
 Homines, cum Filio & Spiritu S. mittentem Filium Redemptorem &
 Spiritum S. Sanctificatorem. Hujus substantiam & veram Deitatem,
 præterquam quòd demonstraverimus in præcedentibus, confirmant
 porrò Nomina Divina, Divinitatem à quovis conceptu dirimen-
 tia. Exod. 3. Attributa ab Essentia Divina intimè imbibita, Opera
 ad ordinem sublunarium sapientissimè procedentia, formalis denique
 Cultus adorationis ab ipso Christo Patri peculiariter vendicatus;
 ut passim ex sacris innotescit. Quæ singula prout Noëtianos & Sa-
 bellianos, nomen Patris Ens notionale duntaxat, vel officium quoddam
 indigitare asserentium, Arrium quoque, Patris æternitatem protervè
 inficiantem, apertè convincunt; ita, vi legitimæ sequelæ, Patrem hunc
 Domini nostri Jesu Christi, non metaphoricè talem esse; sed pro-
 priissimè sic dici connotant: Ut vel hinc bis impingant Photiniani, *τὸν*
 quòd Patrem æternum, consequenter verum esse in respectu Filii Ejus
 pernegent; (cùm tamen proprietas Patris non accesserit ad Hyposta-
 sin jam existentem, & in actu constitutam Personam; sed æquè æter-
 na sit, atque æternus est DEUS, quò nomine etiam DEUM Patrem
ἁσιωδῶς γεννήτορα, h. e. substantialiter Genitorem, salutârunt è Pa-
 tribus quidam, non quòd hoc Essentiale quid in DEO sit, ut DEO;
 sed quòd DEO Patri non accedat; quin imò ad ejus, quæ Pater est,
 naturam & constitutionem faciat, ut explicat D. Calov. Syst. Theol.
 pag. 162.) *τὸν* quòd Eundem, cæteroquin DEUM verum confitentes,
 hoc ipso, quòd Paternitatem in tempore Eidem accessisse somniant,
 mutationi obnoxium reddant, quod omnino de immutabili DEI Es-
 sentia (qualis ipsorum dissentientium suffragio Essentia Patris est) di-
 xisse, absurdum audit meritò.

VIII.

Patris Personam Filius excipit, non uno, sed multis nominibus
 ab Hæreticis laceffitus. Hinc Personalitatem ejus impugnant non
 Noëtiani modò, Praxeani, & Sabellius, DEUM verbalem in Filio
 & S. S. comminiscetes; sed Samosatenus præcipuè ac Servetus, quo-
 rum iste Christum in utero Mariæ Personam cœpisse, hic DEI virtu-
 tem & dispensationem, nec re ipsa; sed (mirare Homini blasphemiam)
 imaginatione & ratiocinatione genitum, calumniantur. Isthinc di-

D

versam

69.

68.

Verſam à DEO ſubſtantiam garrunt Ebion, Cerinthus, Carpocrates,
 Theodotus Byzantinus, Artemon, Beryllus, Samofatenus quoque,
 Arius, Photinus, & Socini aſſectæ; Omnes & ſinguli ſubſtantiã
 ac Divinitatem ſecundæ Perſonæ injurioſè proſcindentem. *Sit probas
 contra eosdem argumentum*; Quicumque eſt (1.) DEUS ſupra omnes
 benedictus in ſecula. (2.) Egreſſus ab initio, à diebus æternitatis.
 (3.) Character ſubſtantiæ Patris. (4.) Unus cum Patre; ille impiè dicitur
 1. DEUS verbalis. 2. In Utero Mariæ perſona factus. 3. Imagi-
 natione genitus. 4. Diverſa à Patre eſſentia. Atqui ſecunda Per-
 ſona divinitatis eſt (1.) DEUS ſupra omnes benedictus in ſecula. Rom. 9.
 ꝑ. 5. (2.) Egreſſus ab initio, à diebus æternitatis. Mich. 5. ꝑ. 2. (3.) Cha-
 racter ſubſtantiæ Patris. Hebr. 1. ꝑ. 3. (4.) Unus cum Patre. Joh. 10.
 ꝑ. 30. E. Maj. Q. eſſe DEUM ſupra omnes in ſecula benedictum
 ſoli DEO vero adſcribitur, neque dabilis eſt Scripturæ locus, ubi hæc
 phraſis alii, præter Verum DEUM, aſſignetur. Conferantur loca
 Rom. 1. 25. 2. Cor. II. ꝑ. 31. E. non DEO Verbali. 2. Quia egreſ-
 ſio à diebus æternitatis antevertit omne momentum temporis, E. &
 conceptionem B. Virginis. 3. Quia character eſſentiam exprimit,
 E. non imaginationem. 4. Q. unitas, quæ talis, eliminat diverſitatem,
 E. & diverſitatem Eſſentiæ. Min. ex dictis pater. *Excipiunt I. con-
 tra locum Rom. 9. ꝑ. 5.* Scopum Apoſtoli non debere extendi aut præ-
 ter rem inflecti ad DEUM verum & per naturam talem, de quo nul-
 la Paulo ſit mentio; ſed tantùm ad DEUM nuncupativum & Verba-
 lem, ſecus enim ſi fieret, Apoſtolus ſibi ipſi contraniteretur, cum
 Chriſtum ex Patribus ſecundùm carnem oriri ibidem agnoſcat, quod
 Spiritui, qualis DEUS verus & per naturam talis eſt, accommodaſſe,
 perfunctorium eſt; Phraſeos itaque Paulinæ hunc ſenſum innui: Chri-
 ſtus, ex Patribus ſecundùm carnem, eſt DEUS exaltatus in ſecula.
Reſp. Non eſt hæc præter rem inflexio. Catechiſmus Racoviensis ſin-
 git ſibi abſurditatem, ubi nulla eſt. Non ſequitur: Chriſtus ſecun-
 dùm carnem à Patribus eſt oriundus, E. nequit eſſe verus DEUS &
 per naturam talis. Aliud eſt Humana, aliud Divina Natura. Juxta
 hanc non eſt à Patribus; ſed lumen de lumine, DEUS verus de DEO
 vero, ante Luciferam genitus. Pſal. 110. ꝑ. 3. *aſſumens carnem in ple-
 nitudine temporis.* Gal. 4. ꝑ. 4. Ac proinde Iehova Germen Davidis
 dictus. Jer. 23. ꝑ. 5. bene juxta iſtam. Quæ reſponſio tametiã præ-
 tervis

tervis Socinianis, Divinam in Filio naturam negantibus, videatur proficisci ex falso supposito, nihilominus Scripturæ placitis conformis est, solideque è loco præsentis evinci potest. Si enim Filius DEI, præter carnem, alius naturæ non esset particeps, quam in rem fuisset restrictio, quâ dicitur esse à Patribus κατὰ οὐρανόν? Ipsa igitur particula restrictiva sufficienter exprimit, in Christo haberi aliam Naturam, secundum quam non sit ex Patribus, h. e. Divinam. Vide D. Balduin. Comment. in Epist. Paul. super h. l. part. 1. quæst. 4. Excipiunt II. contra dictum Mich. 5. v. 2. Egressionem latius patere Generatione, neque hîc sermonem esse de propria æternitate, cum mentio fiat Principii & Dierum, quæ æternitati repugnant. Resp. Non desunt Scripturæ loca, quibus Egressio generationi æquipollet. Confer Gen. 46. v. 26. nec locus parallelus fallit Matth. 2. v. 6. Egressionem hanc ex terra Bethlehem ad generationem Messæ applicans. Quod verò principii & dierum hîc fiat mentio, exinde perperam negatur æternitas, non enim spectanda sunt hæc verba secundum se; sed tota vis phraseos, esse scilicet ante principium, ante dies æternitatis. Quid quod Scriptura expressè DEO æterno principium & diem assignet, illasâ ejus æternitate? Habac. 1. v. 12. Numquid non tu à principio, Domine DEVS meus, & non moriemur. Dan. 7. v. 13. Adspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi Filius hominis veniebat, & usque ad Antiquum Dierum pervenit. En jam Socinianorum temere affirmantium impudentiam! Excip. III. contra locum Hebr. 1. v. 3. Filium dici Characterem Patris non formaliter; sed arguitivè, quatenus DEUM per se ipsum non cognoscibilem, in Filio ceu Imagine cognoscimus. Si enim formaliter esset χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως, esset vel invisibilis, vel visibilis? Sristud? non minus aliâ imagine ad sui notitiam opus haberet, quàm DEUS ipse. Si hoc? non foret DEUS summus, utpote qui est invisibilis, 1. Tim. 1. v. 17. Joh. 1. v. 18. 1. Tim. 6. v. 16. Resp. N. assumtum. Character Hypostaseos plus dicit, quàm arguitivam rationem, ex qua colligi possit voluntas & potentia Divina. Cum enim talis formalitas implicetur duntaxat respectu nostri; non respectu DEI invisibilis, (cujus character Filius est) quidni ipsa ratio characteris Hypostatici terminabitur in quodam absoluto, quod est omnimoda convenientia & expressio tam Essentiæ Paternæ, ceu fundamenti, quàm

69.

68.

Personæ ejus, ceu correlati; non verò in manifestatione potentia & annunciatione Voluntatis Divinae, tanquam ad characterem Hypostaseos per accidens se habentibus, imo sub finem seculi, quando *Propheta evacuabuntur, lingua cessabunt, & scientia destruetur*, 1. Cor. 13. v. 8. desituris, quod æterno Characteri est inassignabile. 2. Et quàm judiciosa quæso isthæc est illatio; Si Filius esset *χαρκτηρ τῆς ὑποστάσεως*, esset vel invisibilis vel visibilis? Quasi invisibile & visibile absolverent formale Imaginis aut Characteris ut sic? *Sit tamen ita*, dicatur juxta nos Filius DEI Character Patris invisibilis, anne tum immota censebitur sequela contendens Filium aliâ non minùs Imagine indigere ad sui noticiam, quàm DEUS ipse? minimè. Hypostasis Filii non est Hypostasis Patris, neque Filius Character indiget, quia non habet Filium. Vide Botfac. Anticrell. fol. 239. seq. *Excip. IV. contra locum Joh. 10. vers. 30.* Patrem & Filium dici quidem unum; sed non ratione Essentia, sufficit, *ait Socinus*, consensus unitas, quâ ita unus sit Filius cum Patre, ut unum esse voluit Discipulos. Joh. 17. vers. 22. *Resp.* Falsum est hunc locum esse parallelum. Aliud est absolutè unum esse, aliud comparatè. Locus Joh. 10. absolutam infert unitatem, Joh. 17. non item. Quòd si tergiversatur Socinus, conferat utriusque loci verba, & illico in allegato dicto Joh. 17. magnam diversitatem subesse animadvertet, per vocem *καθὼς* importatam, quæ ut omnino tantùm similitudinem aliquam indicat, (ad modum Scripturæ Matth. 5. loquentis: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est*) ita nequaquam evincit ejusdem esse generis unitatem Patris & Filii, cum communitate, quæ esse debet Discipulorum Christi inter se mutuo. Quæ asserti ratio tantò magis procedit, quòd ne ipsi quidem Pharisei verba Christi, *Ego & Pater unum sumus*, secus intellexerint, quàm de Unitate Essentia; Christum ob hæc lapidibus obruere intendentes.

IX.

Tandem & Spiritus S. Personalitatem evoluisse liceat. Postponimus verò hic execrandas veterum Hæreticorum calumnias, sive Seculo I. à Saducæis, Simone Mago, sive II. à Valentinianis, Noërianis, Sabellianis, Helcesaitis, sive III. (si Petavio quidem fides habenda) ab Origene, Laëtantio, Firmiano, &c. adversus Spiritum S. virulentè exspuas; quorum alii Existentiâ ejus elisere, alii sacratissimum

muni Nomen arrodentes, nunc Angelorum coetaneum, nunc He-
 lenam & scortum DEI, nunc Christi sororem, altitudine sex millia-
 ria, latitudine viginti quatuor emetientem, non sine horrore com-
 menti sunt. Eos solum hac vice perstringimus, qui Spiritus S. sive
 Personæ, sive Deitati sese opposuerunt, quorum impias rationes, qui-
 bus abominandam dogma incrustarunt, ut expressius convulsam de-
 mus, hoc pacto contra eosdem concludimus: Quicumque (1.) clarissimis
 Scripturæ verbis appellatur DEUS. (2.) Est subsistens individuum, vi-
 vum, intelligentis, incommunicabile, non sustentatum ab alio, ille 1.
 est Verus DEUS. 2. Est realiter distincta Persona, consequenter,
 non multiplex, non Virtus tantum DEI naturaliter in DEO residens,
 ceu proprietas quædam, quâ Homines sanctificantur. Atqui Spi-
 ritus S. (1.) clarissimis Scripturæ verbis appellatur DEUS. Act. 5.
 v. 3. 4. (2.) Est quid subsistens. Luc. 3. v. 22. Individuum. Joh. 14. 16.
 vivum. Job. 33. v. 4. intelligentis. 1. Cor. 2. v. 10. 11. &c. E. est 1. Ve-
 rus DEUS. 2. Realiter distincta Persona, consequenter, non mul-
 tiplex, non virtus tantum DEI naturaliter in DEO residens, ceu pro-
 prietas quædam, quâ Homines sanctificantur. Maj. è definitione Per-
 sonæ firma est; Minor è dictis Scripturæ clarescit. *Pneumatoma-
 chi* & commutiter Triadomastyges cum nihil habeant caliginis cla-
 ritati locorum allegatorum pro more affundendæ, detorsionibus stu-
 dent, & ut aliquid dixisse videantur, pergunt locum Act. 5. hoc modo
 criminari: 1. In textu originali non dicitur *ψεύσαιδεν σε τῷ πνεύ-
 ματι τῷ ἁγίῳ*, mentiri te Spiritui Sancto; sed *ψεύσαιδεν σε τὸ
 πνεῦμα τὸ ἅγιον*, mentiri te Spiritum Sanctum, quæ phrasia intelli-
 genda est de ludificatione, (ut mentiri Spiritum Sanctum idem sit ac
 fallere, tentare Spiritum S. in Apostolis, per quos egit Spiritus, &
 quibus revelat quod opus est ad ædificationem Ecclesiæ,) quæ sententia
 Crellio; vel simulare Personam Spiritus S. quæ Smalzio & Enjedino,
 imo, quod mirere, Erasmo, arridet. 2. Revertit Crellius lib. 1. de uno
 DEO Patre, sect. 3. cap. 1. *Haudquaquam ex hoc loco concludi pos-
 se, Spiritum S. esse DEVM, cum alio modo de Spiritu S. loquatur Petrus,
 alio de DEO. Illic dicit, mentiri seu fallere ac ludificari Spiritum S.
 hæc mentiri DEO. Illud simpliciter objectum, circa quod fraus & ludifi-
 catio versetur, denotat, hoc verò scopum ultimum, in quem injuria ac con-
 tumelia ista redundet.* 3. Etiam si diceretur, Ananiam mentitum esse

69.

68.

Spiritui S. & simul mentitum DEO, inde tamen non sequeretur, Spiritum S. esse DEUM. Nam uno eodemque actu potest quis duobus mentiri, & uni quidem per alterum; seu uni immediatè, ut hic Spiritui S. in Apostolis habitanti, alteri mediatè, ut DEO. 4. Præcedunt falsitatem formæ syllogisticæ. Ita enim Crellius: si licet argumentari, Ananias mentitus est DEO. Ananias mentitus est, (uno nimirum tempore & actu) Spiritui S. E. Spiritus S. est DEVS: ita etiam licet argumentari: Paulus persecutus est Christum: Paulus persecutus est, (eodem nimirum tempore & actu) fideles; E. fideles sunt Christus. Vel, Qui Apostolos audit, audit Christum: Atqui idem audit eum, qui misit Christum, E. is, qui misit Christum, est Christus. Quid verò ad has argumentationes respondebunt adversarij, procul dubio, plus esse in conclusione, quàm in præmissis. Idem ergò sibi responsum parent. Resp. ad 1. utrumque rectè dicitur, tum $\Psiεύσομαι$ σε τῷ ἁγίῳ τῷ πνεύματι, in Dativo, tum $\Psiεύσομαι$ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, in Accusativo, siquidem obtentâ utrobique eâdem significatione, verbum $\Psiεύδομαι$ indifferenter tam istum quàm hunc casum adsciscit; quod videre est è Versione LXX. Interpretum, vocena $\Psiεύδομαι$, 2. Reg. 4. v. 16. $\muὴ$ Δ ψεύσῃ τὴν δόλην σε, per Accusativum. Esa. 57. v. 11. ϵ ψέσω με, per Dativum exprimentium: neque audienda est σ ρεβλότης, quâ significationem ϵ $\Psiεύδομαι$, mox per fallere, mox per tentare, mox denique per simulare Spiritum S. eludere allaborant, stante enim expositione primâ (utut falsâ) vel invitis dissentientibus Spiritus S. Persona erit, quia potuit falli ac ludificari, stante secundâ, (quâ non minus vera Personalitas Spiritus S. convinci potest, atque ex priore, quàm nemo peccatis tentetur, ita ut adversus illum peccetur, nisi verus DEUS, cui soli peccatur; Ps. 51. 6.) quæri potest, quæ ratio subsit, $\Psiεύσομαι$ τὸ πνεῦμα & π ειράσω τὸ πνεῦμα, distinctos formaliter loquendi modos, (tametsi materialiter ex collatione versuum 3. & 9. coincident,) pro æquipollentibus venditandi? Sanè aliud est tentare, aliud $\Psiεύσομαι$, neque quisquam est, qui non æstimet plus inportari per τὸ mentiri, quàm per tentare, hoc namque simplicem explorationem, istud proterviam simul cum dissonantia oris & cordis indigitat. Stante denique tertiâ, quæsumus, unicum Scripturæ locum assignent, qui hanc explicationem ratam pronuntiet. Id verò futu-

rum

ram; si Socinistæ nugari desierint. Quod si refractarie huic loco insistant, existimantes ex hoc eandem salvari tutò posse, at quomodo simulatio accommodari potest defraudationi pretii? Num simulare Spiritum S. fit per defraudationem ejusmodi? Scitè. Imò, quia defraudavit pretiò Apostolos, non potuit simulare Sp. Sanctum, quia actus vitiosus obstitit pietati fucatz. *Resp. ad 2.* Falsum est, aliò modò Petrum de Spiritu S. loqui, aliò de DEO, verba *ψ. 4.* sunt explanativa *ψ. 3.* nam hoc ipso, quò Ananias mentitus erat Spiritui S. dicitur non Hominibus, sed DEO mentitus fuisse. Vel, si mavis, *juxta ipsius Crellij mentem*, non hominibus, (h. e. Apostolis, in quibus agit Spiritus, & quibus revelat, quod opus est ad ædificationem Ecclesiæ, mentitus est Ananias,) sed ipsi Spiritui, ceu Apostolorum Præsidi, *Act. 2. ψ. 4. c. 13. ψ. 2.* consequenter vero DEO, & huic quidem non ut objecto mendacii tantum, sed ut scopo ultimo, *ὅτι περ ἔδει δεῖξαι.* *Resp. ad 3.* Falsum & hoc est, Ananiam Spiritui Sancto immediatè, DEO mediatè mentitum fuisse. Unde hujus distinctionis in textu vestigia? Diximus jam, hoc ipso, quò Ananias Spiritui Sancto mentitus fuerit, mentitum fuisse DEO, nunc quid obstabit, ut Spiritui S. ceu DEO, mediatè mentitum esse asseramus. Confundit Crellius non confundenda, & τὸ mentiri immediatè attribuit Spir. S. quòd attribui oportuisset Apostolis. *Resp. ad 4.* Absurdè Crellius inculcat falsitatem formæ, ipse nugarum jure inculandus, argumentum ex textu hoc elicitur: Cuicumque mediatè & in Apostolis tum temporis mentitus est Ananias, is est verus DEUS. Atqui Spiritui S. mediatè & in Apostolis tum temporis mentitus est Ananias, E. Spiritus. S. est verus DEUS. Quid jam vitii formæ subest? fors major illegitima audit Crellio? verum quæ ista formam ferit, vi materiæ è dictis Scripturæ roboranda? *Contra Luc. 3. arguunt;* Ex hoc loco non unum; sed plurima incommoda ostendi posse. 1. enim necessariò statuendum esset Spiritum S. diversam è Patre & Filio obtinere essentiam, cum ipsi asseramus, id quod descendit ac formam sustinet, necessariò substantiam esse; Itaque licet Persona in Divinis juxta nos non esset ipsa substantia aut essentia, non posset tamen ea aut descendere aut formam assumere, quin idem faceret ipsius substantia, in qua ultimò omnia accidentia insunt, & veluti conquiescunt. 2. Concedendum foret dari in DEO quoddam accidens, scilicet motio de loco in locum & assumptio speciei corporeæ, quod

69.

68.

quod *ἀτόμν*. *Resp.* Nullum hinc absurdum enascitur. Non è ro-
 bore instantiæ prioris, quod impingit in nimiam largitatem conclu-
 dendi, quasi ab Essentia, per tres incommunicabiles subsistendi modos
 restricta, in iisque multiplicabili, protinus concludere liceat ad plura-
 litatem & multiplicabilitatem Essentiæ ipsius, subitoque multiplicatō
 substantiæ formali seu modo, inferri possit modi materiale, quod
ἁφιλόσοφον. Non etiam è robore instantiæ posterioris, *partim*
 quòd Spiritui S. nullibi ab Orthodoxis affingatur talis de loco ad locum
 mutatio ratione essentiæ, (quum ita omnipræsens sit Psal. 139.) sed at-
 tribuatur tantum ratione formæ assumptæ καὶ ὀικονομίαν, quod Dei-
 tati non est præjudiciosum: *partim* quòd corpus assumptum colum-
 binum, in quo descendit Sp. S. (formam enim tantum columbæ, non
 corpus ejus analogon Spiritum S. assumpsisse, commentum est in Crellii
 cerebello confictum,) barbarè accidentibus annumeretur, quod ta-
 men Crellii assertum est. *Contra Iob. 14. inquit:* Ideo, quòd S. S. di-
 catur Paracletus, non posse esse Personam Divinam, cum Persona Di-
 vina alterius potestati nunquam subiecta sit. Adhæc, si ex eo Perso-
 na Divina argueretur, non minus, ob definitionem Personæ per nos
 concessam, Paracletum hunc à semetipso impetrari debere, quàm à
 Patre & Filio. *Resp. I.* Non omne quod cadit sub nomen Doni, Per-
 sonæ formalitatem respuit, nisi tam Filium, qui *datus* est nobis Esa. 9.
 & 6. quàm Patrem, qui tradendo Filium suum, cum illo omnia nobis
donavit, E. & seipsum, Rom. 8. 32. ob hoc quòd donentur, Personas
 dici fastidias, atque aded è Divinitate omnem Personam, consequen-
 ter & DEUM, submoveris. 2. Nec Personam Divinam, ob rationem
 doni, alterius potestati subiectam fieri, vero consonum est. Probet
 Crellius talem subjectionem, antequam Personalitatem S. S. infrin-
 gat. Equidem in relatione doni ad donantem sufficit principii & ori-
 ginis potestas, non requisitâ potestate superioritatis & Præminen-
 tiæ. 3. Quid officit, quò minus S. S. ceu Paracletus à semetipso im-
 petrandus veniat, de quo conceptis verbis talis communicatio dicitur,
 I. Cor. 13. ult. Ficta igitur hæc repugnantiæ. *Ad dictum Iob. 33. v. 4.*
obstrepunt. Non intelligi hoc loco tertiam Deitatis Personam; sed
 spiraculum vitæ, naribus Protoplastorum inspiratum. *Resp.* Eviden-
 tia textûs contrarium suggerit. *Spiritus DEI*, inquit Hiob, *fecit me,*
 & *spiraculum Omnipotentis vivificavit me.* Quis verò hic Spiritus,
 cui

cui præter Spiritum S. creatio convenit? nullus. Confer Psal. 33. Myops certè hîc loci de Spiritu efficienter, non formaliter tali, sermonem esse perspexerit, pedum Schlichtingius. Demum & verba 1. Cor. 2. sugillant Socinistæ. Dicunt, in textu allegato legitur Spiritum S. scrutari profunditates DEI, quæ phrasis cum supponat tendentiam ab ignoto ad notum, non modò à Vero DEO removenda erit; sed & Eum à formalitate Veri DEI excludet, cui adscribitur. Resp. Quid si ipse DEUS dicatur scrutari renes & corda? Psal. 7. &c. Numne ideo DEUS non erit DEUS? Absurda. Depurent Dissidentibus terminum à conditione materiali, quam involvit in scrutinio humano, & tum expendant, an ἐρεύνησις DEO adscribi nequeat. Aliud longè est Hominis, aliud DEI scrutinium, illud ex pluribus actibus indagatoriis antecedenter ad ipsam cognitionem se habentibus ad Habitum emergere, nemo non experitur, secus verò istud, utpote omnem infinitæ Deitatis complexum simplici intuitu comprehendens.

X.


Attactis hoc modò tam in genere, quàm in specie Personis Divinis, coronidis loco pauca de earum characteribus dicenda restant. Cùm Trinitas modò *absolutè* pensitari possit, modò *relativè*, & verò juxta priorem considerationem, omne in DEO connotatum, propter communionem Essentiæ divinæ, Personis ex æquo competat, quaerenda porrò est ratio, quæ juxta respectum posteriorem quædam Personis competant in distinctione aliqua & discriminatione ipsarum ad invicem. Occasionem hujus quaesiti primò Sabellius porrexit, mox alii Triadomastiges, qui ut distinctas Personas divinas ad unam Personam coarctârunt, ita Orthodoxis ansam præbuere, ut in fundamentum distinctionis realis (quod innuunt proprietates characteristicæ) sollicitius dispicerent. Rem itaque à Nomine aggrediamur. Et quidem Distinctiones has in relativa Trinitatis cognitione fundatas, aliter Græcos, aliter Latinos, termino tecnico indigitasse, certum est. Græci, & inter hos quidem, Basil. contr. Eunom. lib. 2. per *ιδιώματα*, *γνώσιμα*, Gregorius Nyssenus per *γνωστικά τῶν ὑποστάσεων ιδιώματα*, Damascenus per *χαρακτηριστικά τῆς ἰδίας ὑποστάσεως*, alii aliter expresserunt. Latinis Characteres Personales dicuntur. Ubi confestim monemus, non leve discrimen intercedere inter characteres Personales & Notiones characteristicas, siquidem hæ

sint duntaxat ratio objectiva notificans Personas, seu ratio cognoscendi unam Personam, ut ab alia vel aliis distinctam, ista verò ratio objectiva constituens personam in Esse Personæ. Quibus si tertium, Actus nempe Personales, annumeraveris, qui monente B. Carpzov. Mag. in libr. Symbol. pag. 82. nihil aliud sunt, quàm Personalitas cuiuscunque Personæ divinæ, per quam ab omnibus personis creatis discernuntur, subinde novum inter has formalitates discrimen animadvertes. Nunc quod rem attinet, dimissis actibus personalibus, itemque notionibus characteristicis, quæ mox quinque à Dd. Scholasticis, innascibilitas nempe, generatio activa, generatio passiva, spiratio activa, spiratio passiva; mox sex, (nominatim à Scoto) v.g. innascibilitas, paternitas, filiatio, inspirabilitas, spiratio activa, spiratio passiva, recensentur; ipsos jam characteres Personales cuius Personæ assignatos, juxta cum fundamento denominationis, juvat expendisse. *Prima idcirco Persona character ἀγεννησία est*, innascibilitas Latinis dicta; quam tamen si Spiritui S. quoque attribuunt Orthodoxi, non tamen sub absoluto & omnimodo respectu, quasi vel originis omnis exclusionem, vel inclusionem virtutis dandi originem alicui personæ secum involvat; sed tantum in ordine ad productionem Filii, quatenus generationis passivæ incapax, fundamentum generandi abs se declinat. Alio profus intuitu innascibilitas hæc Patrem spectat, neque enim capienda est hæc termini notio *negativè* tantum, ut sit id, quod est absolutum ab omni origine, quæ explicatio multis arridet; sed *positivè* inprimis, quandoquidem sit fontalis & scaturiens, includens virtutem dandi originem cæteris Personis, Filio quidem per *γέννησιν*, Spiritui S. autem per *ἐκπόσιν* incomprehensibilem. Notanda isthæc fuere, ob vexatissimam vocis ἀγεννησία significationem, ab Hæreticis non solum primæ Personæ, sed ipsi etiam divinæ Naturæ & Essentiæ, assignatam: Existimantibus, Divinitatis notam *ἐν τῷ ἀγεννητῷ* sitam fuisse, adeò, ut qui ἀγεννησίῳ non esset, pro summo DEO non haberetur, Quippe Aëtiani, & plures sectæ istius complices, ex eo, quod in Filio inæqualitatem & dependentiam ad Patrem admiserant, præcipuè nomen ἀγεννησία intulerunt, quibus non minori fraude & proterviâ Samosatenus accedens, Patrem vel inde ἀγεννητόν dicebat, ut Personam Filii everteret, eumque in tempore à Virgine natum, atque adeò nudam creaturam vendicaret impunè. Verùm enim verò utrique in eo im-


imponēbant Orthodoxiæ, quod ἀγέννητον à ἁγιάω, genero, & ἀγα-
 νητον non factum à γέννησι, fio, derivata, turpiter & insidiosè con-
 fuderunt. Diversa hæc cùm sint, diversas pariter formales rationes se-
 cum implicant, utque soli Patri, quia summus, τὸ ἀγέννητον absolutè
 & simpliciter; ita non soli τὸ ἀγέννητον; sed Filio & Spiritu S. insimul,
 rectè adjudicatur. *Vt autem ἀγεννησία Patris character, ita ἁγνησία*
Filii erit. Patet id vi terminorum; Paternitatem & Filiationem decla-
rantium, datâ namque Paternitate, quæ habeat Filium, non potest non
Filietas seu generatio passiva in Filio admitti. Interim, sicut generatio
activa (æterna & infinita illa dictio, quâ ὁ λόγος genitus est) non
Valentini prolationem, aut partitionem Capernaïticam Manichæi, aut
Sabellii onomatopoeiam, aut Hieracæ divisionem, aut existentis nativi-
tatem & supercreationem sapit; (prout quidem Arriani, Filium esse
Creaturam DEI perfectam statuentes, in Epistola ad Alexandrum Ale-
xand. inum Episcopum excusatoria, generationem activam Filii abso-
lvi autemant,) sed contra hæc omnia, in una & simplicissima essentia
Divina fecunditatem ineffabilem: sic haut absimiliter passiva Filii ge-
neratio, Grammaticè sic dicta, non partem aliquam substantiæ Patris,
sed totam substantiam exhauriet, suffragante Scripturâ Joh. 10. ψ. 30.
Frustranea proin Arrianorum argutatio: Si, quod ex ipso, & quod ex
utero, & quod ex Patre exivi & veni, velut partem ejus unius substan-
tia & quasi prolationem extendens intelligitur, compositus erit Pater &
divisibilis, & convertibilis & mutabilis, & corpus secundum illos, &
quantum in ipsis est, consequentia corporis sustinens sine corpore DEVS.
 Nimis crassa & Capernaïtica hæc est illatio, Antropomorphitarum flo-
 sculis adserenda. Aliud est fecunditas talis, aliud fecunditas ut sic, ne-
 que si quædam fecunditas imperfectionem implicet, exinde universa-
 liter ad omnem fecunditatem est procedendum. Generatio in crea-
 tis utique imperfectiones in suo includit conceptu, minimè Genera-
 tio in Divinis, quoniam non modò propriè DEUS Pater genuisse per-
 hibetur Psal. 2. Hebr. 1. sed & propriè Filius dicitur Filius, Rom. 8.
 ψ. 32. dicitur μονογενής. Joh. 1. atque idè ἀληθινός Θεός. 1. Joh. 5. Piè
 hîc Ambrosius lib. 1. de Fil. cap. 5. *Non hæc sunt in DEO corporaliter*
æstimanda. Impassibiliter generat Pater; & tamen ex se generavit, &
ante omnem intellectum generavit DEVS Verus DEVM verum. Plura
videri possunt apud B. Dorisch, l. cit. cap. 21. Tertia denique Persona

Charakter *ἐκπέρας* est, non quidem quam cum Filio communem habet, cum & hic in sacris à Patre procedere memoretur: sed *πνευστική*, quæ à Patre & Filio originem trahens, hoc ipso fundat spirationem activam constituentem per modum originis & relationis Patrem & Filium in ratione principii actu & essentialiter principiantis respectu Spiritus. Multa hic, promore, otiosè disceptant Scholastici, an scilicet spiratio activa distinguatur reliter à Paternitate & Filiatione, an formaliter & virtualiter, aut quacunque aliâ distinctione à parte rei se tenente, an verò intentionaliter duntaxat; item, an Sp. S. per se exigit procedere à Patre & Filio, an per accidens? an idem distingueretur à Filio, si ab eo non procederet? An & cur spiratio passiva nullam involvat factibilitatis rationem, & quæ sunt alia. Nos brevissimis, siquidem scopum nostrum non ferunt, (utpote cui de spiratione passiva non activa sermo est) distinctè respondemus ad *primum*; aut spiratio activa sumitur identicè ad Personam Patris, & identicè ad Personam Filii, & sic non distinguitur realiter à Paternitate aut Filiatione, quia à parte rei idem sunt, aut sigillatim ad Paternitatem non intuendo Filiationem, & vice versâ, ad Filiationem non intuendo Paternitatem, & hoc modo datur realis distinctio inter spirationem activam, quæ est Filietate affecta; quia dantur ex parte Principii spirantis duo supposita; non quidem partialiter, ut Arriaga opinatur; sed adæquatè spirantia. *Secundum* quæ situm sponte contra Scotum & Scotistas procedit. *Tertium* negativè deciditur, quia tolleretur adæquata radix distinctionis, quæ h. l. est oppositio relativa spirantis & spirati. *Quartum* Mysterii opus est. Quippe ex hoc præcisè capite, quòd in diffusiva rerum creatarum latitudine non sit reperibilis substantia, quæ factibilitati substerni non possit, nimis paralogisticè concluditur ad spirationem passivam, quæ est infinita & inapprehensibilis, quandoquidem ista salvari potest communicatione distinctâ per spirabilitatem, ad Personam distinctam, ab æterno producendam. Eadem certè hic est, quæ in
 Generatione Divina, difficultas.


FINIS.




SOLL DEO GEONIA











mentionem intelligere, nec Pontificias satisfac-
tionem in externis actionibus consistunt, commendare.
his itaque veris atque genuinis pœnarum Canoni-
ca illa de satisfactione Deo exhibenda sponte cor-
poris positio non semper fit alterius exclusio, hec
autem loca utrumque simul præstant. Ceterum
non minus peculiaribus argumentis nostram senten-
tiam firmabimus. Primum desumimus exinde,
quod ad pœnarum quam ad peccatorum réatum tol-
lendas Canonicas non statuerunt necessarias, id
est summum eorum actionibus elucet. Primo scili-
cet antiquissimi tribus tantum criminibus, Ido-
micio & Mœchia istiusmodi pœnas destina-
vit Morinus L.V. C.II. At procul omni dubio &
non minus ita multa essent, si singula peccata certas mane-
re pœnas redimi posse, credidissent. Deinde publi-
cas pœnas illas infligebant, ceu contra Morinum
*Petitus T.II. Pœnitentialis Theodori Archiepiscopi Can-
onica Theodori doctrina ab omni novitatis suspicione vin-
cit Augustino quoque demonstrat, Joh. Schwei-
theolog. de sufficientia & necessitate Pœnitentia, Appen-
ditur occulte peccantium curam non habuerunt,
Pœnitentias non absolute necessarias judicabant,
S. Patres injuriosus est. Posterius ergo verum sit
illam hanc esse nostram argumentandi rationem,
et Morino & Petito, quorum ille necessitatem
in mentem Ecclesiæ Romanæ supponens, illas
pœnas tantum peccatoribus imponi potuisse, con-
tra ipsos etiam publicam egisse pœnitentiam defendere
Morinus L.V. C.IX. §. 2. ita se habent: *sequetur* (si publi-
cas pœnæ impositæ) *antiquos Patres de publicis tan-
tum pœnis, de occultis vero nullam, si enim Canones illi de pec-
catis sunt, de occultis homicidiis, fornicationibus &c. nulli
qui crimina ejusmodi sexcenta perpetrantur occulte,
publice apprehenditur. Consequeretur igitur, gravis-
simam sanationem antiquos Patres prorsus neglexisse, quod
non potest dicere. Si pœnitentiæ tantum rationem haberent pœ-
nitentia potest. Verum cum medicamentorum rationem potest
etiam rationem patres præ ceteris spectent, dici non potest
potest, nisi publica & in propatulo serperent (quod
quam**